



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv Theologi, De Virtute Sev  
Energia, & admirandis Sacrosanctæ Missæ effectibus,  
Libri Duo**

**Pinelli, Luca**

**Coloniæ, Anno M.D.CVIII.**


[urn:nbn:de:hbz:466:1-46295](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46295)




Th. 2746.

J. I

36





R. P.  
LVCAE PINELLI  
SOCIETATIS IESV  
THEOLOGI,

DE VIRTUTE SEV ENERGIA,  
& admiranda Sacrosancta MISSAE  
effectibus,

Libri Duo.

IN VSVM ET UTILITATEM  
non modo Sacerdotum, sed Laicorum  
etiam & Secularium, nunc pri-  
mum in lucem editi.

*Liber Societ. Jesu Paderb. 1608.  
In quibus quid contineatur, Epistola ad Le-  
ctorem docebit.*



COLONIAE  
Apud Ioannem Crithium  
Anno M. D. CVIII.  
*Cum priuil. & consensu Superiorum.*

R. T.

LAGA PINELLIA  
SOCIETA FISIA

THEOLOGO

DE THEOLOGIA  
SOCIETA FISIA

1788

LAGA PINELLIA

DE THEOLOGIA  
SOCIETA FISIA

DE THEOLOGIA  
SOCIETA FISIA

DE THEOLOGIA  
SOCIETA FISIA

DE THEOLOGIA  
SOCIETA FISIA

LAGA PINELLIA



LAGA PINELLIA

LAGA PINELLIA

LAGA PINELLIA

L  
S  
g  
t  
l  
r  
M  
e  
p  
i  
r  
l  
f  
t  
f  
i

# PIO LECTORI

AUTHOR.

**N**E mireris, Pie Lector, quod cum tot diuersorum Authorum de S. Missæ Sacrificio extent Volumina, Ego quoque de eodem argumento præsens cōscribere opusculū voluerim. Nullus enim eorum, quotquot hæctenus de S. Missa scripsisse reperiuntur, ita eam perfectè, absoluteque explicauit, vt non quàm plurima intacta & in explicata reliquerit, quippe cum in materia tam latè diffusa, hic vnā, alius aliā sibi partem sumpserit interpretandam. Vnde meo iudicio desiderari Libellus aliquis visus fuit, qui de S. Missa solida & ex ipsis petita fūdamētis dogmata



PRAEFATIO.

ta breuiter ac dilucidè proponeret, dubia solueret, casus ambiguos explicaret, scrupulos denique omnes remoueret ac tolleret, quiq; non Sacerdotibus tantū, sed Laicis quoq; ac Secularibus vsui esse possent: illos quidem Missam debita cū deuotione celebrādi, hos verò eandem cum fructu & utilitate auscultandi, modū erudiendo.

Quod an praesenti Ego opusculo consecutus sim, tuo, Pie Lector, iudicio relinquo, cui si qua in parte minus fuerit satisfactum, animum saltem & voluntatem meam inspice. Cæterū illud mihi certò persuadeo, fore, vt multa hic inuenias, quæ nō facilè apud alium quempiam reperiantur, tibiq; futura sint longe gratissima..

PRO-

PROTESTATIO  
AVTHORIS.

**E**go Lucas Pinellus Societatis Iesu, hunc Libellum meum, & quæcunque in eo continentur, iudicio S. Sedis Apostolicæ subijcio. Si quid verò in eo contineatur aut inueniatur, quod Ecclesiæ Catholicæ Romanæ interpretationi vel doctrinæ nõ sit cõsentaneum, volo haberi pro non dicto, paratus id ipsum reuocare, quippe cùm animus meus semper fuerit dicere vera, & quæ ab Ecclesiâ Christi approbentur.

INDEX CAPITVM  
LIBRI PRIMI.

- C**APVT I. De nomine Missæ & eius significatione fol. 1.  
II. A quo instituta sit Missa & quando. 5.  
III. De excellentia & perfectione Missæ. 10.  
IV. Quis principalis sit offerens in Sacrificio Missæ: itē de alijs simul offerētibus. 17.  
V. Quibus applicari, & pro quibus Missa legi possit. 26.  
VI. An pro defunctis offerri possit Sacrificium Missæ, & pro quibus? 36.  
VII. De virtute & effectibus Sacrificij Missæ. 46.  
VIII. Quid ad percipiendos fructus & effectus S. Missæ requiratur. 60.  
IX. Sitne finitus, an infinitus effectus Missæ id est, antantum prosit Missa quæ pro multis, quantum quæ celebratur pro uno solo? 72.  
X. De Sacerdote, qui Minister est in offerendo Missæ Sacrificio. 83.  
XI. De tempore & loco, quo celebranda Missa. 100.  
XII. De altari usque rebus, quæ ad Altare, & dicendam Missam sunt necessariae. 112.

XIII. Quo-

INDEX CAPITVM.

- XIII. Quomodo se preparare debeat Sacerdos ad celebrandam Missam. 123.
- XIV. De vestibus sacris, quibus vtuntur Sacerdotes Missam celebrantes, & de earum significatione. 130.
- XV. De Ritibus S. Missæ, qui consistunt in verbis eius. 144.
- XVI. De Ritibus S. Missæ, qui consistunt in actionibus & Cæremonijs eius. 159.
- XVII. Monita quædam circa defectus in Missæ celebratione contingere solitos. 173.
- XVIII. Cui Missam Sacerdos applicare sit obligatus. 181.
- XIX. De Ministro administrante Sacerdoti celebranti Missam. 197.
- XX. De obligatione, qua singuli ad audiendam Missam diebus festis obstringuntur. 202.
- XXI. Ad quid obliget hoc præceptum: Itē, sitne necesse integram audire Missam? 206.
- XXII. An qui partem aliquam Missæ omittit, eam supplere obligatus sit, & quomodo? 214.
- XXIII. De modo audiendi Missam, ad satisfaciendum præcepto Ecclesiæ. 225.
- XXIV. De his, qui Missam audire obligati sunt, & quibus diebus. 238.
- XXV. De

INDEX.

XXV. De his, qui à precepto audiendi Missam diebus festis excusantur. 246.

INDEX CAPITVM LIBRI SECVNDI.

- C**APVT I. Quanti estimanda sit Missa. pag. 271.
- II. De pœnis quibus animaduertit Deus in eos, qui Missam parui p̄derunt. 278.
- III. Quam varijs beneficijs Deus Missa amâtes ac studiosos remunerauerit. 286.
- IV. Quid facere debeat, qui Ecclesiam ingreditur ad audiendam S. Missam. 296.
- V. Quid interim faciendum sit, dum sacrû Missa Sacrificium celebratur. 300.
- VI. Quid finita Missa faciendum sit. 315.
- VII. S. Missam etiam prodesse defunctis, & quomodo? 325.
- VIII. Exempla aliquot, quibus Missam Fidelibus defunctis prodesse ostenditur. 338.
- IX. Dubia aliquot complectens, qua debito loco non fuerunt collocata.

R. P.

R. P. LVCAE PI-  
NELLI, SOCIETATIS  
IESV, DE SANCTA MISSA,  
Liber Primus.

*De nomine Missæ, & eius significatione.*

CAPVT I.

**M**ISSA tota illa dicitur actio,  
quæ fit in Altari à Sacerdote  
consecrante Corpus & fan-  
guinem Domini nostri Iesu  
Christi. Neque sanè modernum ac no-  
uum est Missæ vocabulum, vt falsò hæ-  
retici comminiscuntur, sed antiquum,  
& à S. Concilijs vsurpatum, puta à Car-  
thaginensi 2. Can. 3. Item à Mileuitano  
cap. 12. Sancti quoque Patres eodem vo-  
cabulo vsi sunt, vt Leo Papa epist. 82.  
Telesphorus epist. 1. S. Ambros. libr. 1.  
epist. 33. S. August. serm. 91. de Tempore,  
S. Gregor. lib. 1. epist. 12. & alij.

De voce verò MISSA, & cur talis a-  
ctio Missa appellatur, variant nonnihil  
Authores. Couarruias lib. 4. variarum  
Resolutionum, cap. 22. Græcam vocem

A esse

esse arbitratur. Quæ opinio ab alijs est refutata, cùm Græci ea voce nunquam vfi sint, neque vlllo modo hæc vox Missa in Græca lingua sit fundata. Quin quâ nos Missam dicimus, illi Synaxin appellant, id est, Communionem; interdû Liturgiam, quæ Sacrificium significat, aut publicum ministerium, quorum vtrumque rectè Missæ conuenit. Alij, velut Claudius de Sainct. in Præfat. ad Græc. Liturg. Pamelius in præfat. ad Latin. Anton. Demochares cap. 1. de Sacrificio Missæ, alijque plures, vocem Hebræam esse autumant, venientem à verbo (Missah) quod oblationem spontaneam significat, quæ significatio cùm optimè Missæ conueniat, hanc significationem maximè probabilem reddit. Sunt qui vocem hanc Latinam astruant, deriuantes à verbo (Mitto). In ea sententia est S. Thom. p. 3. q. 83. art. 4. ad 9. Lindanus lib. 4. Panop. ca. 3. Card. Bellar. lib. 1. de Missa c. 1. Hugo de S. Victore de Sacra. lib. 2. par. 9. c. 14. alijque complures, quos citat Henricus Henricquez in Summa libr. 9. de sacrificio Missæ, cap. 10. §. 3.

Porro

Porro circa nominis huius Etymologiam, & causam, cur hæc actio dicatur Missa, variæ sunt Authorum sententiæ. Sunt qui Missam dictã veint ideo, quod Deus Angelum mittat, qui Missæ sacrificio adsistat, vt nimirum illud ferat ac repræsentet ante conspectum Diuinæ Maiestatis. Ita sentit Magister Sententiarum, verùm illa sententia Card. Bellarmino lib. . de Missa cap. 1. non videtur probabilis, quòd nulli innitatur fundamento.

Alij Missam appellari arbitrantur, quòd oblatio Sacrificij, quæ in illa continetur mittatur ad Deum; aut quia victima, quæ in Missa sacrificatur, (quæ est Christus, Agnus immaculatus) cælitus nobis missa sit, quam nos in Missa per Sacerdotem tanquam eius Sacrificij Ministrum ad Deum remittimus, iuxta illud, quod in Canone dicitur: *Iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime Altare tuum.* In ea opinione sunt Innocent. libr. 3. de myst. Missæ ca. 12. S. Bonauent. in Opus. de myst. Mystæ. Alij, velut Isidorus lib. 2. Etym. cap. 19. Alcuinus lib. de offic. Eccles. Hugo de S.



Victore lib. 2. de Sac. par. 9. cap. 14. Missam ideo dictam volunt, quòd ea finita populus dimittatur. Vbi animaduertendum est, tanta olim deuotione ac reuerentia sacratissimum hoc mysteriũ Missæ populum fuisse profecutum, vt egredi ex Ecclesia non præsumeret, donec à Sacerdote vel Diacono dimissus, domũ ire iuberetur, idque bis fieri in S. Missa solebat. Semel finito Euangelio, ante Offertorium, quando dimittebantur Catechumeni & Gentiles, si fortè interessent, quibus iustis de causis parti residuæ tam sancti mysterij adistere nõ permittebatur. Secundò dimittebatur populus finito Sacrificio. Ab ista igitur populi dimissione nomen obtinuit hæc actio, & Missa appellata est. Secundùm duplicem hanc ergo etymologiam ac expositionem, quarum vtraque bonis fundamentis videtur inniti, dupliciter quoque exponi possunt verba illa, quæ in fine Missæ vsurpantur, scilicet: *Ite, Missa est.* Primò: *Ite, Missa est:* Oblatio enim iam missa Deo est, secundùm primam videlicet expositionem. Secundò: *Ite, Missa est,* nimirum finita, iuxta ex-

plica-

plicationem secundam. Gyrat. Syntag. 17. de Sacrif. refert apud Ethnicos quoque Sacrificiũ extitisse, quod dicebatur Missa, à parte victima, immolata missa absentibus.

*A quo instituta Missa sit, & quando.*

## CAP. II.

**H**IC distinctione utendum. Sciendum verò in primis est, duo in Missa considerari, substantiale vnum, alterum accidentale: illud in Sacrificio ac mysterio continetur S. Eucharistiæ, quæ in Missa consecratur, offertur, ac sumitur; hoc verò in orationibus, quæ recitantur, alijsque cæremonijs, in Missa adhiberi solitis, consistit.

Hinc respondeo cum distinctione. Primò: Si loquamur de eo, quod est substantiale in Missa, ac in Sacrificio Corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi consistit, Missam à Christo Redemptore nostro in vltima Cæna institutam esse, in qua panem in Corpus suũ permutauit, vnde distribuens eum Apostolis dixit: *Accipite: hoc est enim Corpus meum.* Similiter consecrauit & vinum,

A 3 ~~mura~~

6 DE S. MISSA

mutauitque in sanguinem, deditque Apostolis, dicēs: *Hic est enim sanguis meus noui Testamenti*, Matth. 26. Porro dicendo: *Hoc facite in meam commemorationem*, Ecclesiæ potestatem dedit celebrandi hoc mysterium ad finem vsque mundi. Et hoc est Missam instituire, quoad partem Essentialem & substantialem Sacrificij Diuini. Vnde Irenæus lib. 4. contra hæres. cap. 32. & 34. in hanc sententiam: Nouam (inquit) docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso Mundo offert Deo. Ratio quoque idem postulat: quemadmodum enim Nouæ Legis author est Christus; ita etiam par est, eundem authorem & institutorem esse Sacrificij & Sacerdotij noui Testamenti.

Secundò: Si de Orationibus, de Canone, alijsq; Missæ Cæremonijs loquamur, quæ velut Accidentalibus eius sunt, ac augeri, tolli, & mutari possunt ab his qui potestatem habent, dico nõ à Christo, sed vel ab Apostolis, vel sanctis Pontificibus illorum successoribus ea esse instituta. Ostendit hoc S. Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 4. Quod quò planius

planius elucescat, sigillatim nonnulla circa hæc discutiemus.

In principio Missæ recitatur Psalmus: *Judica me Deus*, & fit Confessio generalis, cuius authorem Damasum Papam Platina assignat, quanquam Berno libr. de Officio Missæ ca. 25. à Pontiano Papa institutam eam esse asseueret. *Introitus Missæ*, secundum Alcuinum, temporibus Cælestini Papæ exordium sumpsit, cum ante illa tempora in more positum fuerit, ut Sacerdote accedente ad altare Psalmi aliqui à Choro decantarétur, veluti affirmat Dionysius de Ecclesiast. Hierarch. cap. 3. & Raban. lib. 1. Institut. Clericorum c. 30. Consuetudo canendi: *Kyrie eleison*, & *Christe eleison*, antiquissima est, ut videre est ex Liturgia S. Iacobi: & dicit S. Gregorius, eum morem tam in Græca, quam in Latina Ecclesia fuisse obseruatum; à se verò, ut nouies ea verba repeterétur, fuisse ordinatum. *Gloria in excelsis Deo*, referente Damaso, in Pontificali cap. 9. cantari cepit in Missa tempore Telesphori Papæ. Mos dicendi: *Dominus vobiscum* in Missa, secundum Bracharense Concil. 2. cap. 21.

ab ipsis Apostolis profluxit: alij eū So-  
 vero vel Anacleto adscribūt; de Confe-  
 cratione distinct. i. ca. Hoc quo. *Oratio*,  
 siue *Collecta*, vñ vna, vel plures; itē *Epi-  
 stola* in Missa temporibus Apostolorum  
 recitari cēperunt, quemadmodū videre  
 est in Canone eorum 9. confirmantibus  
 id Dionys. in loco citato, & Clemente  
 lib. 2. c. 61. Quòd postea *Euangelium* le-  
 gi cēperit, antiquissimam esse consue-  
 tudinem, patet ex Concil. Valent. Hisp.  
 Can. 1. Vbi additur etiam, post lectum  
 Euangelium habitam fuisse Concionē.  
 Et Anastasius Papa Epistol. 1. ordinauit,  
 vt omnes erecti in pedes lectionē eius  
 quā attentissimè auscultarent. De *Sym-  
 bolo* certum est, primò in Missa *Apostoli-  
 cum Symbolum* fuisse vsurpatum, vti af-  
 firmat Dionysius de Ecclesi. Hierarch.  
 c. 3. Post Marcus Papa ordinauit, vt reci-  
 taretur *Symbolum Nicænum*, ad confu-  
 tandam euidentius Hæresin Arrianam.  
 Damasus porrò *Constantinopolitanum  
 Symbolum* recitari iussit, in quo, quòd  
 posita essent verba illa (Filioque,) ac-  
 curatius mysteriū S. Trinitatis videtur  
 explicari, qua de re disputatur in Con-  
 cilio

## LIB. PRIMVS.

cilio Toletano 2. Can. 2. Versiculos *Offertorij* alij Adriano, alij Gregorio, alij Cælestino attribuunt. Ut ut sit, certum est, illorum temporibus eos in Missa recitari cœpisse. Consuetudo *abluendi manus* in Missa post *Offertorium*, antiqua valde est, & facit mentionem eius Dionys. loco citato, Clemens libr. 8. cap. 11. Cyril. Hierosoly. Catech. 5. alijq; plures. *Prefatio* dicebatur in Missa ante tempora S. Cypriani, qui mentionem eius facit in Explicatione Orationis Dominice, sicut & S. Augustinus libr. de Bono Viduitatis cap. 27. *Mos quoque fidelium communicandi* post Communionem Sacerdotis, antiquissimus est, quibus communicantibus in Choro Psalmus 33. cantari consueuerat: *Benedicam Dominum in omni tempore.* Usus verò lectionis Euangelij: *In principio erat Verbum*, sub fine Missæ, non ita valdè antiquus est.

Ex ijs, quæ dixi, apparet, quid in Missa Christus instituerit, quid item Apostoli, quid demum ipsi Pontifices adiuerint, ad maiore scilicet tanti mysterij decorem, itemque ad excitandam maiorem in populo Christiano deuotionem.

nem. Quid verò per vocem Missæ significetur, & de eius Cæremonijs, postea differemus.

*De Excellentia & perfectione Missæ.*

C A P. III.

**Q**UO verò rectius intelligatur excellentia, & natura Sacrificij, quod offertur in Missa, necessariò ante, quibus in rebus id cum alijs Sacrificijs conveniat ac discrepet, est dispiciendum. Primò itaque sciendum est, tria esse Sacrificia, quæ Christo Domino attribuuntur. Primò illud dicitur Sacrificium Christi, quo in vltima Cœna Corpus ac sanguinem suum obtulit, ac Apostolis suis distribuit, tanquam animæ cibum spiritualem, & hoc Sacrificium à Theologis appellatur Sacrificium incruentum. Alterum Sacrificium est, quo oblatu est Christus in ligno Crucis in redemptiõnem generis humani, eximens nos à servitute peccati ac Sathanæ, & dicitur Sacrificium cruetum: quippe in quo effuso sanguine pro nobis mortem perpessus est. Tertium demũ Christi Sacrificium est Sacrificium Missæ, in qua gloriosum

riofum Corpus & Sanguis Domini nostri Iesu Christi consecratur, ac Deo offertur.

Quoad Essentialia, tria hæc Sacrificia conueniunt: quia in omnibus eadem res est, quæ offertur Deo, scilicet Dominus noster Iesus Christus; deinde Principalis offerens in tribus hisce Sacrificijs idem est, nempe Christus, velut summus Sacerdos. Et in hoc omnes Theologi consentiunt, confirmaturq; hæc doctrina à Concilio Tridentino sess. 22. ca. 2. vbi de Missæ Sacrificio loquens, dicit: In diuino hoc Sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruentè obtulit. Idem paulò post repetitur.

Quoad Accidentalibus porro differunt hæc Sacrificia, verbi gratia: In Sacrificio Missæ offertur Christus immortalis ac gloriosus: verum in vltima Coena & ligno Crucis oblat<sup>9</sup> fuit Christus mortalis & passibilis; quia talis erat Christus tum, quando se offerebat in Coena & ligno Crucis: iam verò in Missa se offert talem, qualis in cælo est, gloriosus



sum scilicet & impassibilem. Deinde, in Coena & in Cruce Christus æterno Patri se obtulit immediatè nullo ministro mediâte: in Missa verò offertur mediante Sacerdote, qui minister eius est. Quæ res oblationis naturam aut valorè nihilo magis immutat, aut variat, quàm variatur natura Eleemosynæ, quæ datur respectu amoris Dei: hæc enim siue ab ipso Domino datur, siue per illi<sup>9</sup> ministrum, semper manet eleemosyna. Tertio, Sacrificium, quod oblatum est in Coena Domini, mortem Christi significabat, quæ erat futura; at Missæ Sacrificium mortem Christi significat, quam iam perpassus est. Quarto, etsi tria hæc Sacrificia per Sacrificia veteris Testamenti fuerint præfigurata, nihilominus tamen Sacrificium illud in Coena respectu eius quod fit in Missa, est quasi quoddam exemplar; Sacrificium verò Missæ veluti imago quædam est, & repræsentatio eius, quod oblatum est in Coena, ut dicit Dionys. c. 3. de Hierarch. Eccles.

Veniamus nunc ad valorem & perfectionem Sacrificij Missæ in specie. Quòd si cum Sacrificio Coenæ vel Cru-

cis comparetur, dico quo ad dignitatē & perfectionem essentialē, tria ista Sacrificia omnino esse æqualia: quia in omnibus eadē res sacrificatur & offertur Deo, vt ostēsum est paulò superius. Quo ad Accidētalia, variant nonnihil, fierique potest, vt vnum alterum in dignitate ac perfectione excedat.

Quòd si verò Missæ Sacrificium cum antiquis Sacrificijs cōferamus, dico hoc nostrum Sacrificiū, reliqua omnia, quo ad dignitatem & valorem infinitis modis anteuertere, quippe in quibus duntaxat vel fructus, vel animalia terrę offerebātur, quæ sunt res valoris finiti, & determinati: in Sacrificio verò Missæ, offertur Christ⁹ Deus & homo excellētis & valoris infiniti. Secundò, antiqua Sacrificia à Sacerdotibus, puris scilicet hominibus, offerebantur: at verò in Sacrificio Missæ principalis offerens est Christus, persona supernaturalis, dignitate non hominibus tātum, sed Angelis etiam, adeoq; omnibus spiritibus cælestibus præcellens. Tertiò, hoc nostrum Sacrificium, propter realē Christi præsentiam, cui nihil vnquã negauit

Pater cælestis, multo efficacius est ad impetrandam Diuinam gratiam, quàm quotquot vnquam veteris Legis Sacrificia extitère. Quartò, Missæ Sacrificium etiam ipso offerendi modo antiquis antecellit. Modus enim æternò Patri offerendi Corpus & sanguinem pretiosum dilectissimi Filij, est supernaturalis, Diuinus, simplex, mundus, & facilis; quibus conditionibus reliqua omnia antiqua Sacrificia caruerut. Quintò, nostrum hoc Sacrificium significatione quoque antiqua Sacrificia vincit, cum nihil in sacra Missa sit, quod non ad Diuinum aliquod mysteriũ, vel sacrosanctę Trinitatis, vel vitæ ac passionis Domini nostri Iesu Christi referatur. Sextò, Sacrificium nostrum antiqua Sacrificia superat præparatione ac dispositione ministri, qui ipsum immediatè offert: Sacerdoti enim, qui accedit ad celebrandam Missam, corde mundo, conscientia ab omni peccato libera, cum intentione sincera, attentione deniq; & deuotione debita, ad offerendum hoc Sacrificiũ accedere necesse est. Quæ conditiones in ministris antiquorum Sacrificiorum  
non

non ita strictè requirebantur. Septimò denique, ipso effectu hoc nostrum Sacrificium antiqua Sacrificia multis parasangis præcedit, quemadmodum suo loco infra prolixius demonstrabimus.

Verùm præter has perfectiones in cõparatione nostri Sacrificij cùm Sacrificijs antiquis iam explicatas, sciendum est, Sacrificium Missæ eminenter & coniunctim in se includere omnes eas excellentias, quæ in antiquis Sacrificijs diuisim ac separatim continebantur, attestante id ipsum sacro Concilio Tridentino sess. 22. c. 1. sub finem.

Deinde etiam verissimum id esse vel ex sequëtibus rationibus facillimè apparet. Primò enim, finis omnis veri sacrificij est, vt debitus honor exhibeatur Deo auctori & datori omnium bonorum: iam verò tam manifestè id fit in Sacrificio Missæ, vt manifestius nullo modo fieri possit, cum quicquid agitur ac dicitur in Missa, totum tendat ac dirigatur ad Diuinæ Maiestatis gloriam, & honorem Dei altissimi amplificandum. Secūdò, Sacrificium laudis appellatur, & gratiarum actio: in nullo enim  
Sacrifi-

Sacrificio tā plenè laudes ac gratiæ referuntur Deo, quàm in Sacrificio Missæ. Vnde S. August. li. 1. contra aduers. Leg. & illud Psalmistæ: *Sacrificium laudis honorificabit me*: de nostro Sacrificio Missæ exponens, dicit: Vnde Deo maiores gratiæ sunt agenda, quàm per Christum Dominum nostrum; quod faciunt fideles Ecclesiæ sacrificio? Et Irenæus lib. 4. contra hæres. cap. 32. dicit: Diuinum hoc Sacrificium à Christo institutū ideo, ne nos ingrati simus erga Deum. Tertio, Sacrificium Missæ est propitiatorium. Ita S. Concil. Tridentinum affirmat sess. 22. ca. 2. id est, Deum placat, ac peccatori propitium reddit. Quod ex S. Paulo probatur ad Hebr. 5. vbi de Sacerdote: *Constituitur (inquit) in ijs, quæ sunt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis*. Cùm igitur in nouo Testamento verum sit Sacerdotium, necesse etiam est in eodem esse verum Sacrificium propitiatorium, quod est Sacrificium Missæ. Quarto, Sacrificium Missæ est etiam impetratorium. Quemadmodum enim Christus in cælo orando pro nobis, & Patri æterno vulnera

sua

sua exhibendo, maximam nobis impetrat gratiam: ita quoque Sacrificiū Missæ repræsentando Deo Christi passionem, aptum est ad quæuis etiam maxima gratiarum ac beneficiorum ab eo impetranda.

*Quis principalis sit offerens in Sacrificio Missæ: item de alijs simul offerentibus.*

## CAP. IV.

**Q**Væritur, an quoque Christus ad Sacrificij Missæ oblationem concurrat, & quomodo? Aliqui Theologi in ea fuerunt sententia, ut putarēt eum, qui propriè offert, Sacerdotē esse; Christum verò dici offerre per denominationem quādam extrinsecam ac remotam, quatenus videlicet Diuinam hanc oblationem ipse instituit, ac Sacerdoti potestatem dedit offerendi; item quatenus Sacerdos id ipsum offert conformiter institutioni ac volūtati Christi, eodem scilicet modo, quo baptizare Christus dicitur, & à peccatis absolueret: non quia propriè baptizet, aut à peccatis absoluat; sed respectu institutionis & virtutis

tutis, quam Baptismus simul & Absolutio habet à Christo. Hæc sententia Scotto adscribitur. Quodlib. 20. Ita sentit & Gabriel lect. 26. & 27. in Canon. & Cordubensis lib. 1. quæst. 3.

Alij æstimant in hoc Sacrificio Christum esse summum Sacerdotem & principalem offerentem, eumq; offerre Sacrificium S. Eucharistiæ quoties, & ubi-  
cunq; Missa legitur. Ita sentit S. Thomas part. 3. quæst. 83. quem communiter ceteri ferè omnes Theologi sequuntur, & probatur hæc sententia. Primò, quia sacra Scriptura Christum appellat Sacerdotem æternum; vnde si æternus Sacerdos est, etiam perpetuò sacrificat, Sacerdotibus tanquã ministris suis mediantibus. Sic illum locum Scripturæ exponit Anselmus, & Oecumenius, qui asserunt Christum non tantum Sacerdotem æternum dici propter Sacrificiũ, quod obtulit in Cruce, sed quia perpetuò Sacerdotis fungatur officio, quod consistit in oblatione. Hæc sententia confirmatur à S. Concilio Tridentino sess. 22. c. 1. & 2. his verbis: Vna eademq; est hostia, idem nunc offerens Sacerdotum

tum

tum ministerio, qui seipsum tūc in Cruce obtulit. Idem affirmant SS. Patres, veluti S. Cyprianus epistol. 63. S. Augustinus 4. de Trinitate ca. 7. & 14. S. Chrysostomus in Matthæum Homil. 83. vbi perspicuis verbis dicit: Qui tunc in illa Cœna confecit, ipse nunc quoque operatur. Et in Homilia de prodit. Iudæ inquit: Cū videris Sacerdotem offerentem, ne ipsum consideres hoc facientē, sed Christi manum inuisibiliter extensam. Quasi dicat: Quando Missam peragi vides, ne putes solum esse Sacerdotē, qui offert, sed & manum Christi adesse, simulq; operari. Huic sententiæ probāda deseruire videtur etiam hæc ratio, si videlicet dicamus, etsi verū sit, Christum Diuinum hoc Sacrificium offerre, tanquam principalem agentem, non tamen idcirco ex supra dicta sentētia vllam sequi absurditatem, sed rationi id maximè cōsentaneum esse. Primò enim vero Sacerdoti conuenit verè offerre, quod principale eius est officium. Secūdo, constituto Christo principali offerente, crescit quoque huius oblationis excellentia; quò enim dignior est persona



sona quæ offert, eo quoque dignius & gratius est Deo id ipsum Sacrificium, secundum illud Genes. cap. 4. *Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: scilicet primò ad Abel, deinde ad Sacrificium eius.*

Tertiò, cum in hoc Sacrificio offeratur res infinita ac infiniti valoris, convenientissimum erit, si etiam à persona simili, infinitæ scilicet dignitatis ac valoris, qualis est persona Christi, offeratur. Quartò, æquum est Christum, sicut in Sacrificio Coenæ ac Crucis, sic etiam in Sacrificio Missæ esse principalem offerentem.

Reliquum est, ut declarem, quomodo Christus ad oblationem cælestis huius Sacrificij ita concurrat, ut verus esse offerens ipse dicatur. Dico ergo: Ex eo, quòd Christus institutor sit & author huius Sacrificij, quòd Christus virtutè & potestatem offerendi tribuat Sacerdotibus, quòd hoc Sacrificium offeratur conformiter suæ voluntati, quòd dictum Sacrificium fundatum sit in meritis Christi, quòd demum Humanitas Christi, tanquam instrumentum Divi-

mita

nitatis ad actionem huius Sacrificij concurrat: ex omnibus (inquam) his, quia extrinseca sunt, probari nō posse, Christum esse principalem & proximum offerentem, vti confitentur omnes. Veræ igitur eius rei causæ duæ sequentes assignari possunt. Prima: Quia Sacerdotes, repræsentando Christi personam, quasi vice funguntur legatorum, ac in eius persona Diuinum hoc Sacrificium exequuntur. Hinc rectè dicitur, Christum esse principalem offerentem; quemadmodum qui eleemosynam præstat per seruum suum, ipse principaliter dicitur eleemosynam præstare; vnde si dominus iustus sit, grata erit Deo eleemosyna, et si seruus ille varijs sceleribus sit contaminatus. Et hæc est ratio S. Thomæ. Secunda causa hæc est: Quia dum Christus cū Sacerdotibus suis ministris ad actionem sacri huius Sacrificij concurrat; simul etiam semetipsum supremum constituit pro nobis Intercessorē, & totam hanc actionem dirigit ad cultum Diuinum, eamque æterno Patri in memoriam suæ Passionis repræsentat. Et hoc est, principalem esse offerentem,  
& veri

& veri æternique Sacerdotis officium exercere, quod rectè dicitur de Christo.

Hic occurrit dubium: Quinam sint veri ministri Sacrificij Missæ? Hæretici quilibet ex fidelibus, à populo aut Magistratu deputatum, aptum esse ad huius Sacrificij ministerium asserunt. At veritas Catholica solos Sacerdotes, legitimè ab Ecclesia ordinatos potestatem habere asserit consecrandi & offerendi Sacrificium Missæ, nihilque efficere eum, qui non ordinatus in Sacerdotem consecravit. Quod verum esse patet ex Concilio Nicæno c. 14. vbi dicitur: Diaconum potestatem non habere hoc Sacrificium offerendi, multo minus alios inferiores. Et Concil. Trident. sess. 22. cap. 1. dicit: Christum in vltima Coena Apostolos constituisse Sacerdotes, quibus, & eorum successoribus, potestatem dedit consecrandi dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* Manifesta huius rei ratio est: Cum enim Diuinum hoc & supernaturale sit Sacrificium, etiam diuina & supernaturali opus est potestate, ad consecrandum, illudque Sacrificium offerendum, quam potestatem populus aut

aut Magistratus, quia non habet, etiam alijs conferre non potest.

Secundò dubitatur: Inter Sacerdotes aliqui peccatis mortalibus sunt contaminati, alij ab Ecclesia præcisi sunt ac separati, id est, excommunicati, suspensi, depositi, degradati, schismatici, & hæretici: quæritur nunc, an tales habeant potestatem consecrandi, nec ne? Respondeo: Omnes, quotquot legitimè ordinati sunt in Sacerdotes, quâ tumuis peccatores sint, & ab Ecclesia præcisi, si intendant consecrare, verè consecrât, etsi consecrando peccent. Et est hæc doctrina S. Thomæ, in 3. part. q. 82. art. 7. & 8. à multis quidem alijs Theologis approbata; dissentanea tamen doctrinæ Magistri sententiarum, Gabrielis, Guilielmi Parisiensis, Gratiani, & aliorum, qui citantur à Suarez in 3. p. Tom. 3. disp. 77. sect. 2. Ratio S. Thomæ hæc est: Quod potestas consecrandi vim suam habeat ab Ordinis potestate; quæ cum sit supernaturalis, nullo peccato mortali tolli potest: quia scilicet peccatum isti potestati non sit contrarium. Præterea cum potestas Ordinis fundata sit in Characterē

ctere Sacerdotali, qui est indelebilis, sequitur, per nullam pœnam Ecclesiasticam præcisè tolli. Hinc est, vt Sacerdos, etsi hereticus sit, excommunicatus, suspensus, vel alterius cuiusuis censuræ vinculis innodatus, si tamen super debita materia verba pronūtiat consecrationis cum intentione consecrādi, peccet quidem consecrando contra Ecclesiæ præceptum, sed Consecratio nihilominus valida existat.

Tertiò dubitatur: An alij quoque fideles in Officio Missæ rectè dici possint offerentes, & quomodo? Respondeo, secundùm communem Theologorum sententiā, omnes Christi fideles in hoc Sacrificio simul esse offerentes. Ita sentit D. Thom. par. 3. q. 81. art. 7. ad 3. Præterea idem asseuerant S. Patres, qui loco citato sect. 3. à Suarez citantur, & colligitur idem ex Canone Missæ, dū in precibus, quæ sūt pro astantibus, dicitur: *Pro quibus tibi Offerimus, vel qui tibi offerunt.* Ergo præter Sacerdotem alij quoque offerunt. Huc accedit, quòd, cum omnibus hominibus quasi à natura insitum sit, Sacrificium offerre Deo, tanquam

Domino

Domino supremo, omnes quoque suo certo quodam modo possunt Deo sacrificare. Dispiciendum igitur est de modo, quo reliqui quoque fideles ad Oblationem ita concurrant, ut & ipsi offerentes rectè dici possint.

Petrus Damianus, Epist. 12. cap. 7. & 8. fideles offerre dici, inquit, quatenus id, quod operatur Sacerdos, mentis quoque deuotione ipsi comprobant, ac ratum habent. Alij asserunt Sacerdotem nomine totius Ecclesiæ offerre, & vice versa Ecclesiam dici offerre pro Sacerdote suo ministro; & quia fideles mēbra sunt Ecclesiæ, ideo rectè dici, ipsos etiā offerre ac sacrificare. Tertius modus est hic, ut illi fideles dicantur offerentes, qui actu quoque aliquo externo ad oblationē sanctissimi huius Sacrificij concurrunt, & ita quasi Sacerdoti cooperantur, puta hi, qui procurant ut legantur Missæ, eleemosynas ac stipēdia elargiuntur Sacerdoti, ut Missam legat, Missam legentibus ministrant, aut sanè ipsi Missæ attētè adstant, pari modo, ut homicida dicitur non solum, qui ipsemet aliquem occidit, sed & qui consilium

B auxili-

auxiliumue ad id præbet, aut homicide mercedem soluit. Atq; hic tertius modus maximè probatur Francisco Suarez in loco citato.

*Quibus applicari, & pro quibus legi  
Missa possit.*

C A P. V.

**A** Gimus hîc de utilitate & fructu Diuini huius Sacrificij, vbi quæritur: Quidnam ex Missa applicari possit ab ijs, qui quouis modo illam offerunt; item quibus inter viuentes. De mortuis enim postea dicemus capite sequenti. Primò certum est, Sacerdotes totū fructum & valorē huius Sacrificij sibi ipsis posse applicare secundum doctrinam Pauli ad Hebræos c. 5. vbi dicit: *Propter ea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis.* Item c. 7. vbi de Christo loquens: *Qui nō habet (inquit) necessitatem quotidie (quemadmodum Sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi.* Vnde manifestum euadit, Sacerdotes Sacrificium S. Missæ pro semetipsis offerre posse.

Secundò

## LIB. PRIMVS.

27

Secundò extra omne dubium est, Sa-  
cerdotes etiam pro alijs istud Sacrificiũ  
offerre posse, eiusque fructum & valo-  
rem alijs in vtilitatem eorum applica-  
re, secundum doctrinam S. Thomæ in 3.  
par. q. 79. art. 5. & 7. vbi dicit: S. Euchari-  
stiam, tanquam Sacramentum, prodesse  
sumentibus; tanquam Sacrificium verò  
omnibus, pro quibus offertur, atq; hoc  
modo verba illa de consecratione san-  
guinis interpretatur: *Qui pro vobis, &  
pro multis effundetur*: id est, proderit &  
vobis, & alijs multis, pro quibus offere-  
tur. Confirmatur idem consuetudine  
generali Ecclesiæ, quippe cum per vni-  
uersum orbem Christianum Missam à  
Sacerdotibus, pro alijs legi videamus:  
vnde dicitur in Canone: *Pro quibus tibi  
offerimus*. Præterea si in veteri Testamē-  
to Sacerdotes pro alijs offerebāt Sacri-  
ficia; item, si sub Lege Naturæ Iob Sacri-  
ficia obtulit pro filijs suis, quid obstat,  
quo minus idem in nouo Testamēto re-  
ctè fieri possit? Noa hinc præsupponit,  
eos, quibus Missa applicatur, nisi sint  
fructuum & effectuum eius capaces, nul-  
lam ex ea capere vtilitatem. Hinc fit, ve

B 2

Missæ,



Missæ, quæ legitur pro multis, singulis  
profit, secundum eorum capacitatem;  
& fieri potest, ut vnus per huc, alius per  
alium Missæ effectum iuuerur, & si qui-  
dem quidam incapaces sunt omnium  
effectuum Missæ, tanto maiorem ex ea  
capiant vtilitatem, qui talium effectuum  
sunt capaces.

Tertiò manifestum est, non solum  
Sacerdotem, sed quemlibet etiã ex cir-  
cumstantibus, qui saltem aliquo modo  
inter offerentes est habendus, vti dictum  
est capite precedenti, pro alijs offerre  
posse, id quod propriè ad semetipsum  
pertinebat. Ratio hæc est: vnusquisque  
enim alteri preces suas, aliaque opera,  
imò & Satisfactionem suam applicare  
potest; cur non ergo alijs hoc quoque Sa-  
crificium pro rata eius partis, quæ ad se  
pertinebat, possit applicare? Vnde con-  
sequens est, omnes eos, qui Missam legi-  
procurant, aut Sacerdoti celebranti sti-  
pendium soluunt, illi sacrificanti mini-  
strant, Missam audiunt, offerentes quo-  
que rectè dici posse: quia ipsi Sacerdoti  
cooperantur. Item posse eos hanc suam  
oblationem ac cooperationem, quibus  
velint,

velint, applicare, vt fructum eius percipiant. Eadem ratione potest offerre Sacerdos, & applicare cuicumq; velit Sacrificij actionem, & laborem in legēdo Missam insumptum, qui labor & actio eius est propria, & res à Missę valore distincta.

Quartò (vt ad magis particularia deueniamus) certum est, Sacrificium Missę pro tota Ecclesia militante, eiusque membris offerri posse, id est, pro omnibus ijs, qui per Excommunicationem ab Ecclesia non sunt separati. Cui sententię nemo est qui cōtradicat. Aduertendum hīc est, Sacerdotem debere applicare toti populo Christiano, præcipuè verò Regibus, Imperatoribus, ac Principibus eam Missę partem, quæ ab Ecclesia in orationibus eius illis est determinata. Hīc occurrit dubium, an scilicet à generali ista oblatione Sacerdos quempiam excludere possit? Respondeo, grauissimè peccare, si quis id faciat, cum odium ad minimum implicitum talis exclusio præsupponat. Et quāquam obligati non simus orare pro omnibus: nihilominus tamen neminem à

cōmunibus Ecclesiæ orationibus & Sacrificijs excludere possumus: vti docet S. Thomas 2.2.q.35.art.8. & 9.&cæt. Nauarrus de Orat, cap.19.num.120. Ratio peccati est: cū enim Sacerdos legatus sit ac minister Ecclesiæ, eiq̄ue debeat obtemperare, hinc est, quòd excludere quempiam non possit, quem illa suis precibus includit. At quæret aliquis: Qui à Sacerdote, particulari odio, ab Ecclesiæ orationibus generalibus, & Missæ Sacrificijs excluditur, censebitur- ne defraudari & priuari eo fructu, quē alioquin fuisset percepturus? Respon- deo: Talem quidem priuari eo fructu, qui ex priuata Sacerdotis intercessione procedit, item qui nascitur ex Sacra- mento, ex opere operato, qui non per- cipitur, nisi adsit intētio ministri appli- cantis; nō autem priuatur eo fructu, qui ex intentione Ecclesiæ promanat, quæ tanquam principalis offerens eas ora- riones Deo offert, Sacerdote duntaxat nomine Ecclesiæ eas recitante. Ratio est: quia ille fructus applicatur per in- tentionem Ecclesiæ, ac omnibus pro- dest. Et ab hoc fructu neminem exclu- dere

der  
pian  
val  
S  
Mis  
ijs,  
quo  
fruc  
ces  
Ob  
cap  
fer  
crif  
tali  
pos  
rios  
non  
tia:  
nis  
men  
pec  
test  
Diu  
con  
Doc  
lice  
ren

dere potest Sacerdos: quòd si verò quē-  
piam excluderit, peccat, & exclusio non  
valet.

Secundum dubium est tale: Videtur  
Missæ Sacrificium non posse offerri pro  
ijs, qui sunt in peccato mortali; partim,  
quod eo sint indigni; partim, quòd, cum  
fructuum tanti Sacrificij sunt incapaces,  
frustrà pro ijs videatur fieri talis  
Oblatio. Vnde Concilium Elibertinum  
cap. 29. hoc Sacrificium prohibet of-  
ferri pro Dæmoniacis, quòd tanto Sa-  
crificio sint indigni. Respondeo, pro  
talibus hoc Sacrificium rectè offerri &  
posse, & debere: ratio est, quia va-  
rios habet effectus, vt qui vnius capax  
non est, capax sit alterius. Verbi gra-  
tia: Hoc Sacrificium satisfacit pro pec-  
nis, item varia à Deo impetrat adiu-  
menta & dona cœlestia, vnde pro  
peccatoribus etiam rectè offerri po-  
test, vt scilicet, mediante auxilio  
Diuino, disponantur ad virtutes, &  
conuertantur. Idem dicendum de  
Dæmoniacis, & arreptitijs, vt sci-  
licet à tali Diaboli vexatione libe-  
rentur. Quod verò ad Concilium

Elibertinum attinet, respondetur, ab eo duntaxat prohiberi, ne Dæmoniacy in Missa nominentur; quanquam ille Canō hodie non amp̄ius sit in vsu.

Quintò dico, hoc Sacrificium pro Catechumenis quoque offerri posse, vt scilicet Deus propositum eorum corroboret, fortitudinemque concedat, qua vincere Diaboli tētationes possint. Dico præterea, quando pro Ecclesia in genere legitur, Missam etiam ad Catechumenos pertinere: etsi enim baptizati necdum sint; fidem tamen habent, per quam Ecclesiæ vniuntur. Vnde S. Clemens lib. 8. Constit. cap. 4. 5. & 6. dicit, suo tempore pro Catechumenis publicas in Missa recitatas fuisse orationes, veluti nostris temporibus feria sexta Hebdomadæ sanctæ fieri consuevit. Idē legitur in Liturgia S. Chrysof. Idem affirmat S. August. Epistola 109. ad Vitalem.

Sextò affirmo, pro infidelibus quoque Missā legi posse, nisi ante fuerint excōmunicati, (de quibus capite sequēti differemus:) Vbi aduertēdum, duobus modis offerri & orare posse pro Infidelibus:

bus  
Mi  
da  
um  
Gen  
Infi  
mu  
nen  
spir  
tem  
In p  
com  
rō p  
dun  
Miss  
rum  
quia  
rum  
mal  
tas  
Infi  
loru  
Test  
fere  
dra  
i. Ma  
veta

bus: semel indirectè, quando scilicet Missa legitur pro augenda & amplianda Ecclesia, per conuersionem Gentilium, & tum implicitè dicimur orare pro Gentilibus: altero modo directè pro Infidelibus orare vel sacrificare possumus, si videlicet Missa legatur ad obtinenda aliqua bona pro Infidelibus; vel spiritualia, puta sanitatem animæ; vel temporalia, puta corporis sanitatem. In primo modo Ecclesiæ principaliter commodum spectatur: in secundo verò prætenditur principaliter commodum ipsorum Infidelium. Dico nunc, Missa Sacrificium utroq; horum modorum pro ijs legi posse, quod probatur: quia Oblatio, quæ altero horum modorum fit, neque prohibita, neque per se mala est. Ergo licita est. Præterea charitas Christiana obligat nos ad amandum Infideles. Ergo etiam pro commodis illorum orare possumus. In veteri quoq; Testamēto pro Gentilibus Sacrificia offerebātur, quemadmodum videmus Esdræ cap. 6. oratum fuisse pro Dario, & 1. Machab. cap. 12. pro Spartiatis. Quid vetat ergo, quominus idem in nouo fe-

stamento fieri rectè possit; Adde, quòd Missæ Sacrificium repræsentet Sacrificium Crucis, quòd à Christo oblatum est pro omnibus, etiam infidelibus. Ergo & illud pro infidelibus offerri potest. Vnde Ecclesia in oblatione Calicis orat: *Pro nostra, & totius mundi salute.* Obijciat mihi hîc aliquis, si pro infidelibus etiam Missam legere licitum est, tam generaliter, quam particulariter; non etiam absurdum videbitur, si speciatim infidelem aliquem in ea nominemus. Respondeo cum Suarez Tom.3. disput.78. sect.2. §. Est autem, nec hoc prohibitum esse, modò ne excommunicatus sit; securius tamen esse, & in Ecclesia vîtatius, talem non nominare, maximè alijs audientibus, ne cui scandalum præbeamus, aut admirandi occasionem.

Ad dubium de excommunicatis breviter respondeo: Certum esse, quòd pro excommunicatis Excommunicatione maiori, siue fideles ij sint, siue apostatæ, offerre Missæ Sacrificium non sit licitum Sacerdoti, tanquam personæ publicæ & Ecclesiæ ministro: Illud enim expressè  
pro-

prohibetur cap. Nobis, & cap. Sacris, de sent. Excomm. Et quidem hic vnus est ex effectibus Excommunicationis maioris, priuatum scilicet esse huius Sacrificij ope & suffragijs. Dixi, (Ministro publico:) quia præter, Sacerdotē alij sunt, qui Sacerdoti cooperantur, & offerentes etiā rectè dici possunt, vt ostensum est c. 4. & ab his offerri potest id, quod de Missa ad eos peruebat, etiā pro excōunicato & schismatico. Dico præterea cum Suarez in loco citato sub finem: *In Memento*, Sacerdotē, omni amoto scrupulo, orare posse pro excōunicatis, oratione & intentione priuata, cum id nusquam ab Ecclesia prohibitum inueniatur. Quin multi dubitant, an id prohiberi possit? Dicat aliquis: Missa legitur in Anglia, Germania, alijsque prouincijs ab hæreticis infectis, vt scilicet ad Ecclesiam Catholicam reuertantur. Hæretici autem sunt excommunicati, Ergo nō peccat, qui Missam legit pro excōunicatis Item in Missali Romano extat Missa pro extirpando Schismate. Similiter in Liturgijs antiquis preces fieri consue-



uerūt pro extirpatione hærefew. Missa igitur & preces offerri possunt pro hæreticis & excommunicatis. Respondeo: Illud non esse orare pro hæreticis directè, sed pro bono Ecclesiæ Catholice, ut videlicet in istis regionibus crescat, & per vniuersum orbem amplifcetur gloria nominis Diuini, id quod prohibitum non est, sed Ecclesiæ etiam cōsuetudine confirmatum.

*An pro defunctis offerri possit Sacrificium Missæ, & pro quibus?*

CAP. VI.

**D**E quo dubitari nullo modo potest in hoc capite, illud est. Primò, Sacrificium Missæ pro ijs defunctis offerre non posse, quorum animæ sunt in inferno; quales sunt quotquot in peccato mortali ex hac vita emigrârunt. Vnde Concil. Bracharense, c. 24. Missam prohibet legi pro ijs, qui sibi ipsis mortem consciuerunt. Et est hæc doctrina S. Augustini in Enchiridio cap. 109. S. Gregorij 34. Moral. cap. 13. & aliorum, quibus tota Theologorum Scholasticorum turba astipulatur. Ratio est: Quia  
tales

tales effectuum huius Sacrificij nō sunt capaces, planeque omni spe consequendæ salutis ac misericordiæ exciderunt. Ergo pro ijs offerre nō licet. Præterea, si Sacrificium Missæ ijs prodesset ad tollendam partem duntaxat aliquam poenarum, (quas sustinent, iam in tantum Missæ multiplicari possent; vt tandem penitus ex Inferno liberarētur, id quod SS. Literis apertè repugnat, asserētibus: Ex Inferno (vbi poenæ sunt æternæ) nullam esse redemptionem. Vnde S. Augustinus in Enchiridio suo cap. 110. apertè dicit: Quòd si contingat offerri pro his, qui dānati sunt, quia damnati esse ignorantur, valebit ad consolationem viuorum, non ad adiumentum mortuorum.

Obijciat hīc mihi quisquam: Multi pro animabus Gentiliū orauerunt, quorum animæ erant in Inferno, idque cum fructu: quia ex Inferno ad amœna Paradisi gaudia sunt translata & assumpta. Veluti narrat Damascen. de S. Gregorio Magno, quòd animam Traiani ex Inferno suis precibus liberauerit. Item de anima Falconillæ foeminæ gentilis, quam similiter orationibus S. Teclæ ex

Inferno saluatam narrant. Plures præ-  
 terea leguntur feruentissimis Sancto-  
 rum orationibus resuscitati ac saluati,  
 tempore scilicet Apostolorum. Et Sul-  
 pitius scribit de S. Martino, quòd re-  
 suscitauerit quendam, qui ipsemet la-  
 queo sibi vitam abstulerat. S. Agnes  
 item suis precibus resuscitauit filium  
 Præfecti Gentilis, qui violare eam vo-  
 luerat, veluti scribit S. Ambros. ferm.  
 90. Si ergo orationes ac preces istorum  
 Sanctorum etiam animas damnatorum  
 iuuare potuerunt, credibile sanè est, id  
 quoque posse S. Missæ officium, longè  
 maiori efficacia & valore præditum. Re-  
 spondeo: Non hinc mihi propositum esse  
 historiæ illius de Traiano & Falconilla  
 veritatem excutere, neq; examinare, an  
 Damasceno Sermo iste citatus rectè ad-  
 scribatur, propterea, quòd ea de re pro-  
 lixius in prima parte Tractatus de alte-  
 ra vita c. 22. differuimus. Et sanè, si vera  
 est illa de Traiano historia, dicunt Theo-  
 logi, animam eius nõ fuisse condemna-  
 tam vltima sententia; sed Deum, qui  
 prouiderat S. Gregorium pro ea inter-  
 cessurum, eam detinuisse in Inferno, tan-  
 quam

quã in deposito vsq; ad tẽpus S. Gregor.  
Idem respõdetur de anima Falconillæ.

Ad dubium igitur præfens quod attinet, respõdeo, aliud esse orare tanquam personam priuatam; aliud verò tãquam publicam, & Ecclesiæ ministrum pro aliquo orare & sacrificare. Hinc Sacerdotem Sacrificium Missæ pro damnatis offerre posse nego: quia scilicet id prohibeat Ecclesia, vt videre est in cap. Pro obeuntibus 13. q. 2. vbi prohibetur offerri Sacrificium pro impijs defunctis, quorum nomine veniunt omnes, qui in peccato mortali moriũtur: & c. Placuit 16. q. 5. prohibetur vt ne legatur Missa pro his, qui vtrò sibi mortem consciuerũt. Priuatim porrò orare pro ijs, qui in peccato mortali ex hac vita emigrare creduntur, in Ecclesia non est vsitatum, quamuis neque id prohibitum reperitur. Vnde si mater aliqua ex simplicitate pro filio suo citra Baptismũ defuncto Deũ oret, vt resuscitatus in vitã baptizari possit, non peccabit, cum expetat & oret rẽ bonã, quæ nõ nisi à Deo miraculosè haberi potest. Similiter nõ peccaret, si quis ex simplicitate oraret pro aliquo,

aliquo,

aliquo, de quo dubitet, sitne damnatus ad Infernum vltima sententia, nec ne: peccaret autem, si pro salute Dæmonū oraret, quòd eos constat vltima sententia ad Infernum in perpetuum esse dānatos; propterea quòd talis oratio esset frustranea & infidelis: petit enim Diuinam mutari voluntatem, quòd fieri nulla ratione potest, cū Deus non sit mutabilis. Pro Beatis orare, vt Sacrificium Missæ ijs sit propitiatorium, planè extra omnè dubium est, non licere: cū enim ab omni culpa & pœna iam liberati, plenissimamque omnium peccatorum remissionem consecuti sint, nulla amplius propitiatione indigent, quæ locum nullum habet, vbi malum nullum neque est, neque timeri potest, neq; vlla amplius reliqua est obligatio ad Satisfactionem qualemcumque.

Secundò certum est, pro Beatis offerri posse Sacrificium Missæ, scilicet ad agendas laudes & gratias Deo propter accepta beneficia. Id enim expetūt Beati, vt scilicet non solùm ipsi, sed alij etiam ipsorum nomine Diuinæ Maiestati gratias agant pro beneficijs ab ipso acceptis.

Tertiò

Tertio etiam verissimum est, hoc Sacrificium offerri posse in laudem Sāctorum, iam æterna beatitudine fruentiū. Vnde in Secretis Missæ de Sanctis dicitur: *Vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem.* Nihilominus tamen obseruandum hīc est, cū duo in Sacrificio Missæ principaliter considerentur, Substantia scilicet Sacrificij, & illius Accidentalια, illam, scilicet Substantiā, nunquam offerri Sanctis; sed soli Deo, in honorem ac cultum Diuinæ Maiestatis. Et quemadmodum per hoc Sacrificium varia à Deo dona, gratiæ ac beneficia flagitari possunt: sic inter cætera quoque orari potest, vt Sanctos, ac Beatos, cælesti iam gaudio perfruentes, faciat honorari. Et quidem hoc modo dici potest Missam quoque in honorem Beatorum legi posse. Secundò considerantur in Missa eius Accidentalια, veluti Orationes, & hæ recitari possunt, & de facto quoque recitatur in honorem Sāctorum, æterna iam beatitudine fruentium: istæ enim Orationes non sunt Sacrificia, sed vel ad Beatos duntaxat diriguntur, vt gratiam nobis aliquam  
impe-

impetrent à Deo, vel diriguntur ad ipsum Deum, vt Beatos pro nobis intercedentes exaudiat; in quibus Orationibus euenire interdum solet, vt ipsorum quoque bona opera commemorentur, atq; ita etiam aliquam à nobis laudem & honorem consequantur. Et hæc Orationes in Missa fieri consueuerunt, vt (quemadmodum rectè notat S. Chrysostom. in Acta. Homil. 21.) cum tanto Sacrificio coniunctæ, maiorem habeant efficaciam eoq; facilius à Deo exaudiantur.

Restat alterum dubium, an videlicet per Sacrificium Missæ Beatis quoq; impetrari à Deo aliquid possit, pro quo licitum nobis sit sacrificare, in gratiam Beatorum? Vbi notandum est, Beatos, quo ad gratiam, gloriam, & beatitudinem essentialem crescere, siue augmentum vllū facere non posse cum enim iā amplius viatores non sint, sed ad terminum felicitatis summum pertigerint, mereri amplius nihil valent. Vnde certum est, in his Sacrificiū Missæ pro ijs offerri nō posse: frustra enim id futurum esset, cum maioris gloriæ non sunt capaces,

paces,

paces, puta essentialis. Inuenitur enim in Beatis etiã beatitudo & gloria quãdam accidentalis, cuiusmodi potest esse noua aliqua reuelatio, nouum gaudium, aut noua aliqua extrinseca claritas; & quia in eiusmodi rebus: accidentalibus etiam crescere possit illorum beatitudo, hinc est, vt videatur etiã pro illis Sacrificium Missæ offerri posse, ad impetrandam ijs aliquam gloriam, aut gaudium accidentale. Vnde in Collecta post Communionem interdum oramus, vt hoc Sacrificium, sicut Sanctis ad gloriam, ita nobis profit ad veniam, & in Secretis Missæ S. Leonis orat Ecclesia, vt illum beata retributio comitetur.

Idem confirmat S. Chrysostronus Homil. 33. in Matth. vbi dicit, nos ad mercedem & retributionem Sanctorum etiam aliquid adiungere posse. Verũ huic doctrinæ obstare videtur, quòd parum decorum videatur statui Beatorum, nos pro ipsis intercedere, ijs gratiam impetrare à Deo, cū nobis potius è contrario illorum intercessione sit opus, quo gratiam nobis à Deo impetrèt.

Hinc



Hinc Innocentius III. c. Cùm Marthæ, §. vlt. dicit, Sanctos nostris precibus nō indigere. Cùm enim sint perfecti Beati, omnia illis ad vōla succedunt. Ea propter dico, non offerri Missam propriè aut directè ad impetrandum gaudium aliquod accidētale pro Beatis, propter causam iam commemoratam, & propter Innocentij authoritatem; sed indirectè tantum, & secundariò, id est, (vt meipsum interpreter,) gaudium & gloria accidētalis in Beatis nascitur ex bonis operibus, quę fiunt ab Ecclesia militante: Vnde si nobis, mediante Sacrificio Missæ, per Sancti alicuius intercessionem, gratia aliqua contingat, protinus laus & gaudium aliquod accidētale resultat ad istum Sanctum, atque ita dicimur nos, mediāte Sacrificio Missæ, ipsis Beatis gloriam aliquam impetrare accidentalem; sed tamen non nisi indirectè, & secundariò. Pari modo, si nos offeramus Deo Sacrificium Missæ hoc fine, vt Deus glorificetur in terra; item vt voluntas eius fiat in terra, sicut in celo; certè dici non potest, nos pro Deo sacrificare, vt scilicet illi impetremus  
quip-

quippiam à Deo, sed dicemur ea Sacrificia facere pro nobis, hoc fine, vt glorificemus Deum, eiusq; voluntatem perficiemus in terra, quemadmodum illa perficitur in cælis. Vnde quidem gloria & honor resultabit ad Deum; bonum verò & utilitas, quæ propriè & directè prætenditur, ad nos resultat. Idem quoque dicendum de Beatis, qui cælesti iam gaudio perfruuntur.

Pro animabus in Purgatorio Sacrificium Missæ, cuius valore & efficacia remittuntur pœnæ, quibus affliguntur, offerri posse, planè certum est, veluti affirmat S. Concil. Tridentinum sess. 22. cap. 2. & Can. 3. Idem confirmat Ecclesiæ Traditio, à principio ad hæc vsque nostra tempora continuata. Vsus quoq; & consuetudo generalis, qua per vniuersum orbè Christianum id videmus esse receptum, idem confirmat. Huc accedit vnanimis consensus sanctorum Patrum ac Theologorum in 3. sentent. dist. 45. De modo verò, quo per hoc Sacrificiū iuuantur animæ in Purgatorio, ac quantum iuuentur, infra latius disseremus.

De

*De virtute & effectibus Sacrificij  
Missæ.*

## CAP. VII.

**P**rimò, Sacerdos Missam legēs, modò  
 sit in statu gratiæ, eamque legat de-  
 bitis obseruatis circumstantijs, mereri  
 potest, & augmētum acquirere tam gra-  
 tiæ in hoc mundo, quàm gloriæ in cęlo:  
 potest idem satisfacere pro pœnis pec-  
 catorum commissorū; & demum diuer-  
 sas gratias ac beneficia, pro quibus orat  
 in Missa, impetrare. Ratio est: si enim  
 homo iustus pro omnibus bonis operi-  
 bus, quæ facit more debito, meretur, sa-  
 tisfacit, ac cœlestia dona consequitur,  
 quanto plus iustus Sacerdos merebitur,  
 hoc Sacrificium offerendo, quo di-  
 gnus; aut Deo acceptius esse nullum  
 opus potest? Et confirmatur hæc ra-  
 tio. Si enim Sacerdotes tam sub Lege  
 Naturæ, quàm sub Lege scripta Sacri-  
 ficiorum oblatione tria hæc consequi  
 ac impetrare potuerunt, multo magis  
 id potuerunt Sacerdotes Legis gratiæ,  
 ac noui Testamenti, quorum Sacrificiū  
 infinitis modis est dignius ac efficacius  
 omni-

omnibus antiquis. Notandum verò hic est, non posse Sacerdotem Missam legendo alteri meritum, quod sibi acquirit, communicare, quemadmodum pro alijs potest satisfacere, ac fauorem coelestem impetrare. Idem dicendum de omnibus operibus meritorijs, satisfactorijs, & impetratorijs, quorum duo posteriora communicari alteri possunt; meritum verò communicari non potest.

Secundò, Sacrificium hoc per se singularem vim & efficaciam habet impetrandi omnia ea, quaecunq; in eius oblatione postulaueris. Et præterquã quòd in hanc sententiam vnanimè omnes Theologi conspirant, confirmatur quoque communi Ecclesiæ consuetudine, quæ in omnibus necessitatibus, persecutionibus, bellis, ac pestilentijs, vt liberetur, ad hoc Sacrificium recurrere consuevit. Idem confirmant quoq; sancti Patres, veluti Dionys. de Ecclesiast. Hierarchia cap. 3. Clem. lib. 8. Constit. Cyrillus Hierosol. Cath. 5. alijsq; complures. Idem etiã ipsa ratio corroborat. Orationi enim proprium est, gratiam  
à Deo

à Deo impetrare. Iam si cum ipsa Oratione coniunctum sit aliquod opus Deo gratum, dubium non est, quin facilius ac efficacius à cælesti Patre quod flagitatur possit obtineri. Cùm igitur constet, Sacrificium Missæ opus esse Deo gratissimum, sequitur quoque, Orationem cum eo cõiunctam efficacissimam esse, ad quamlibet ab eo gratiam ac fauorem impetrandum. Adde, quòd in hoc Sacrificio (vt dictum est supra ca. 4.) principalis offerens est ipse Christus, cui nihil vnquam negauit Pater cælestis, sed omnia posuit in manu eius. Vnde cõsequens est, hoc Sacrificium per se, mediante intercessione tanti offerentis, ad impetrandum, quod postulaueris, aptissimum & efficacissimũ esse. Dices: Quòd si ita se res habet, iam quicquid in Missæ Sacrificio petimus, semper à Deo nobis dari ac concedi sequeretur, cùm tamen contra fieri sæpissimè soleat, vt quæ in hoc Sacrificio petimus, nõ obtineamus. Respõdeo: Ideo dictum esse, hoc Sacrificium aptum esse per se efficere, vt impetres quicquid in eo petieris. Vnde si interdum contingit, aliquem nõ impetrare

trare  
per  
de  
quod  
priu  
tia: S  
te, vt  
dign  
minu  
expe  
cõce  
man  
min  
C  
scili  
Sacr  
grat  
tur  
lia,  
tion  
Sacr  
Vid  
vera  
quer  
qui  
grat  
den

trare

trare quod petit, vel ideo fit, quòd non per omnia rectè sit dispositus, vel aliudè accedat impedimentum, aut sanè, quòd id nò expediat ad communem vel priuatam alicuius vtilitatè. Verbi gratia: Si legatur Missa pro aliquo infirmate, vt is recuperet sanitatem, quanquam dignus sit, qui voti fiat compos; nihilominus tamen Deus, qui prouidet id non expedire, vel eius causa, vel aliorum, non cõcedit, quòd petitur: cum, quo ad animam, interdum satius sit infirmari hominem, quàm vel optimè valere.

Circa primam gratiam dubitatur, an scilicet impetretur ei, pro quo offertur Sacrificium Missæ. Per primam autem gratiam intelligimus eam, qua iustificatur peccator, delentur peccata mortalia, & homo ad attritionem & contritionem prouocatur. Qui effectus sunt Sacramentorum Baptismi & Pœnitentiæ. Videtur autem partem affirmatiuam esse veram. Vnde S. Concil. Tridètinum, loquens de Sacrificio Missæ: Huius (inquit) quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donum Pœnitentiæ concedens, crimina & peccata etiam ingentia

C

dimit-

## DE S. MISSA

dimittit. Peccata autem mortalia citra gratiæ infusionem non remittuntur. Itē in Canone Missæ dicitur: Hoc Sacrificiū offerri pro redemptione animarū nostrarū. Multis etiā alijs in Orationibus Ecclesia, mediāte hoc Sacrificio, remissionem petit omniū peccatorum. Unde sequitur, si hoc Sacrificium aptum non esset ad conferendam aut impetrādam gratiam & remissionem peccatorum, Ecclesiam quoq; talia nō postulaturam. Ad dubium ergo respondeo, & dico: Sacrificium Missæ, etsi infinitum sit, etsi principalis offerens in eo sit Christus, etsi demum quod offertur valoris sit infiniti; tamen per se, & ex sua natura non conferre primam gratiam, neque peccata mortalia remittere, neque iustificare peccatores. Ratio est: Quia hoc Sacrificium à Christo non est institutum ea lege & promissione, qua Sacramenta Baptismi & Poenitentiae,

Dico secundò: Sacrificium Missæ primam nobis gratiam & remissionē peccatorū impetrare posse mediāte, id est, per id impetrando debitam dispositionem ad talem effectum consequendum, quæ

quæ  
tia. H  
lium  
minu  
Poen  
pecc  
dam  
nes T  
dist.  
ior q  
tantu  
S. Di  
tiæ a  
illi,  
suffi  
firma  
sit,  
est:  
impe  
uert  
terit  
conf  
cat,  
peru  
bran  
man  
ex a

LIB. PRIMVS.

que scilicet est Contritio vel Pœnitentia. Et hoc respicit S. Tridentinũ Concilium loco citato, vbi dixit, placatũ Dominum (hoc Sacrificio) gratiam & donũ Pœnitentiæ cõcedere, ad remissionem peccatorum, & iustificationem obtinendam. Hanc doctrinam confirmant omnes Theologi, puta, S. Thomas in 4. dist. 12. q. 2. Durandus in 4. q. 4. Maior q. 1. Soto d. 13. q. 2. art. 1. & alij, qui citantur à Suarez Tomo 3. disp. 79. sect. 3. §. Dico quartò. Idem de augmento gratiæ affirmo, id est, Sacrificium Missæ illi, pro quo offertur, impetrare potest sufficiens & efficax adiumentum, quo firmatus, talem perficere actionem possit, per quam in gratia crescat. Ratio est: Si enim gratiam & adiumentum impetrare potest peccatori, vt conuertatur, multo magis id præstare poterit Iusto, qui iam in statu gratiæ est constitutus, vt videlicet in eà crescat, mediante exercitio bonorum operum. Sacerdos porro, qui celebrando sibi ipsi Missam applicat, primam gratiam nonnunquam recipit, & ex attrito fit contritus: Sed hoc non

C 2

proue-



provenit absolutè hinc, quia Missam eorum  
 offert pro se ipse; sed quia in illa cõmun-  
 nicat, sanctissimum Eucharistiæ Sacra-  
 mentum recipiendo. Omni enim Sacra-  
 mento proprium est conferre gratiam  
 ubi nullum obstat impedimentum. 12. c. 2.

Alterum dubium est de peccatis ve-  
 nialibus, an ea per Missam remittantur  
 & quando? Hic certum est, Sacrificium  
 Missæ efficax esse ad remissionem pec-  
 catorum venialium; si enim adiumen-  
 tum impetrare peccatori potest ad re-  
 missionem peccatorum mortalium, v-  
 paulo ante dictum est, multo plus vale-  
 bit in venialibus. In eadẽ sententia sunt  
 SS. Patres, quemadmodum videre est in  
 Consecratione dist. 2, cap. Vtrum sit  
 figura, cap. Iteratur, & cap. Quid sit sa-  
 crificium: ubi dicitur, Missæ Sacrificium qui-  
 tidie offerri, quia peccamus quotidie  
 scilicet venialiter. Et Concil. Trid. ca-  
 2. sess. 22. apertis verbis asserit, hoc Sa-  
 crificium offerri pro fidelium vivorum  
 peccatis, ubi proculdubio de peccatis  
 venialibus loquitur: & c. l. dicit, quod  
 per hoc Sacrificium applicemus nobis  
 virtutẽ passionis Christi, in remissionem  
 eorum

eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum, scilicet venialium; adeo ut hac de re nulla restet amplius cōtrouersia, sed de modo duntaxat dubitetur. Melchior Canus de Locis libr. 12. c. 23. ad 9. & Cordubens. lib. 2. q. 3. notab. 4. existimant, per Missæ Sacrificium ijs remitti peccata venialia, pro quibus illud offertur ex opere operato, id est, ex sua natura, etiamsi is nullum actum faciat Pœnitentiæ, nisi tamen ipsemet opponat impedimentum, id est, nec actualiter, nec virtualiter in ijs peccatis venialibus sibi complacet: si enim talis adsit complacentia, tum ne in Sacramēto quidem Pœnitentiæ peccata venialia remittuntur. Ratio est: si enim aqua lustralis peccata delet venialia, multò magis id præstabit hoc Sacrificiū, quod multo maioris valoris est, & efficacix. Alij affirmāt, in Sacrificio Missæ ex opere operato, id est, immediatè & per se peccata venialia non remitti. In his est Soto, in 4. dist. 11. q. 2. art. 5. Lindanus li. 4. Panopl. cap. 51. Pighius lib. 2. de Eccl. Hierarch. c. 5. & 6. Caietanus Opusc. de Missa q. 2. & alij plures, & ad rationem

ante allatam respondent, quòd certum non sit, homini per aquam lustralem, aliaq; Sacramentalia (quibus scilicet improprie Sacramenti nomen tribuitur) peccata venialia remitti, si non alia simul actio virtutis ad obtinendam remissionem pro venialibus interueniat, aut concurrat. Respondeo ergo: Et si vtraq; sententia videatur esse probabilis, magis tamen videri consentaneum, venialia peccata deleri per actionem aliqua virtutis contraria. Peccatù enim veniale etiã suo modo animã aliqua labe aspergit, ad quã eluendã necessariũ est, vt perficiatur anima per virtutẽ veniali peccato aliquo modo oppositã. Et quia per Missæ Sacrificiũ facilẽ talẽ nobis acquirim⁹ dispositionẽ, hinc est q̄ illi etiã remissio peccatorũ venialiũ attribuatur.

Quærat aliquis, possitne Deus facere, vt per hoc Sacrificium etiam illi, pro quo offertur, peccata venialia, nullo alio eius actu interueniente, remittantur. Respõdeo: Imò posse, sed factum id esse nusquam reperiri. Quærat deinde alius, semperne hanc dispositionẽ & actionẽ nobis acquirat hoc Sacrificium, quæ necessa-

cessa

cessa  
Resp  
leues  
Missæ  
eos d  
ius S  
miss  
etiar  
offer  
rant  
ius S  
proc  
Miss  
adm  
leg  
quo  
tion  
veni  
stitu  
eanc  
cũ i  
nial  
mis  
Sua  
T  
cap  
net

cessaria fit ad peccata venialia delēda  
 Respondeo: Quòd ita, quia tales culpæ  
 leues sunt, & homo, pro quo offertur  
 Missa, Deo gratus est. Dico vltcrius, non  
 eos duntaxat, pro quibus fit oblatio hu-  
 ius Sacrificij, effectum hūc consequi re-  
 missionis peccatorum venialiū, sed oēs  
 etiam illos, qui aliquo saltē modo sunt  
 offerētes, quales sunt omnes ij, qui ope-  
 rantur, & concurrunt ad oblationē hu-  
 ius Sacrificij; puta, qui (vti dictū est c. 4.)  
 procurant vt legatur Missa, qui legenti  
 Missam stipendium solunt, sacrificiū  
 administrant, Missam audiunt, vel ipsi  
 legūt: singuli illorum offerētes Deo id,  
 quod de Missa ad eos pertinet, cū inten-  
 tione (minimum virtuali) peccatorum  
 venialium remissionē obtinendi, si con-  
 stituti sint in statu gratiæ, infallibiliter  
 eandem consequūtur: ista enim oblatio  
 cū intētionē remissionis peccatorū ve-  
 nialiū est dispositio sufficiens ad talē re-  
 missionem obtinēdam: veluti existimat  
 Suarez Tom. 3. dist. 79. sect. 5. sub finem.

Tertium dubiū, quod occurrit in hoc  
 capite, est de pœna tēporali, quæ rema-  
 net post remissam culpā, quam certū est

(quemadmodum etiam idem affirmat S. Concil. Trid. sess. 6. c. 14.) per Pœnitentiæ Sacramentum non semper penitus tolli, sed vel in hac vita, mediantibus operibus pijs ac satisfactorijs, vel in altera, per ignem scilicet Purgatorij tolli ac remitti. Quæritur nunc, an Missæ Sacrificium habeat vim pœnam dictam tollendi, & quomodo? Ad quod respondeo, communem sequens Theologorum sententiam, per hoc Sacrificium absque omni dubio remitti vel totam pœnam, vel aliquam temporalis pœnæ partem, idque (vti loquuntur Theologi) ex opere operato, id est, per se, & immediate, nulla alia actione eius personæ, cui Missa applicatur, interueniente. Vnde S. Thomas in 3. part. q. 79. art. 5. dicit, hoc Sacrificium habere vim satisfactiuam directè ex sua institutione. Quæ sententia confirmatur: Quemadmodum enim fieri potest, vt aliquid mihi remittatur de tali pœna ex eo, quod alius quispiam mihi applicet suam Satisfactionem, etiam si id ego ignorem, neque vllam eius rei causa actionem exerceam: (satis enim est, si nullum duntaxat obijciam impedimen-

time  
cium  
sti et  
quid  
per v  
cede  
Chri  
plica  
Pi  
huius  
oper  
pote  
nis. I  
Tho  
cio M  
pœn  
nis e  
semp  
Sacr  
petri  
næ, c  
tis. R  
lud t  
fit, v  
nem  
per  
gom

dimen-

## LIB. PRIMVS.

timendum: ) ita etiam per hoc Sacrificium, quo mediante satisfactiones Christi ei, pro quo offertur, applicantur, aliquid de poena temporali remittitur; idque per viam quasi solutionis, in solutione cedentibus satisfactionibus Passionis Christi, quae per hoc Sacrificium illi applicantur.

Præter dictam poenam, quae virtute huius Sacramenti remittitur ex opere operato, (vt dictum est,) obtineri etiam potest remissio per modum impetrationis. Ipsemet me interpretabor. Dicit S. Thomas loco citato, mediante Sacrificio Missæ, ex opere operato, remitti poenâ temporale, pro ratione deuotionis eius, cui applicatur, atque hinc non semper totâ poenâ remitti. Dico nunc, Sacrificium Missæ habere virtutem impetrandi relaxationem aut vniuersæ poenæ, quæ restabat, vel saltē alicuius partis. Ratio est: Cū enim Sacrificium illud natura sua sit impetratorium, hinc fit, vt per hoc, quod producit remissionem poenæ ex opere operato, nō etiam perdat virtutem & vim impetrandi. Ergo maiorem etiam remissionem poenæ

C 5

tempo-

temporalis per modum impetrationis potest producere. Iam verò an secunda hæc poenæ remissio, quæ fit scilicet per modum impetrationis, mediâte hoc Sacrificio, fiat immediatè, etiâ nulla alia eius, qui eam obtinet, interueniente actione; an verò mediatè (quod magis est probabile, quatenus scilicet per hoc Sacrificium vim cõsequimur ac robur spirituale, ad facienda opera Poenitentia, quibus pro poena temporali satisfaciamus) non est huius instituti inquirere, satis est, si, mediante hoc Sacrificio, etiam per viam impetrationis peccatorum veniam sciamus obtineri. Quartum dubium est de bonis ac commodis temporalibus, an videlicet ea per virtutem Sacrificij Missæ obtineri possint? Ex vna parte, quia res viles sunt, non videntur esse dignæ, vt pro ijs consequendis diuinum hoc Sacrificium, in quo continetur ipse Christus, Deus & homo, offeratur: Ex altera verò parte, videmus communi Ecclesiæ consuetudine per vniuersum Christianum orbem receptum esse, vt Missæ offerantur pro infirmis, ad recuperandam sanitatem, ad

plu-

pluuiam, aeris serenitatem, & similia  
 obtinenda. Ex qua consuetudine, duo  
 colligi possunt. Primò, non esse in-  
 conueniens, offerre Missæ Sacrificium  
 pro obtinendis bonis temporalibus.  
 Secundò, hoc Sacrificium habere vim  
 & virtutem, ista ac similia bona nobis  
 impetrandi: alioquin enim ad obtinen-  
 da ea Ecclesia non vteretur. Ad dubium  
 ergo respondeo, : In confesso esse apud  
 omnes Doctores, offerri posse Sacrifi-  
 cium Missæ ad obtinenda bona tempo-  
 ralia: qualia sunt, sanitas corporis, pax,  
 prouentus fructuum terræ, & similia.  
 Quæ res, præterquam quòd ex Ecclesiæ  
 consuetudine satis constet, etiam San-  
 ctorum Patrum sententia confirmatur,  
 vt Ioannis Chrysoctomi Hom. 67. in  
 Ioann. Augustin. libr. 22. de Ciuit.  
 cap. 28. item authoritate Concilij Tri-  
 dent. sess. 22. cap. & Can. 3. Rationi  
 in contrarium obiectæ responderetur,  
 bona temporalia semper petenda esse  
 ad gloriam & cultum Diuinum prome-  
 rendum, & proinde non esse conueni-  
 ens, si pro ijs obtinendis S. Missæ Sacri-  
 ficium offeratur. Si quæras, quomodo



mediante hoc Sacrificio bona temporalia obtineantur? Respondeo, per modum impetrationis: cum enim in isto Sacrificio offeratur Christus, cui nihil vnquam negatum fuit à Patre cœlesti, facile impetratur, quod iustè petitur, id est, quod petitur ad gloriam Dei, & animarum salutem promouendam.

*Quid ad percipiendos fructus & effectus S. Missæ requiratur.*

CAP. VIII.

**A**gimus hîc de effectu, qui prouenit ex Sacrificio Missæ ex opere operato, qui consistit in remissione peccatorum, & Satisfactione pro pœna, quam sustinere quisq; debet pro peccatis præteritis. Qua de re actum fufius est capite præcedenti in declaratione tertij dubij.

Primo igitur necessarium est, vt Sacerdos celebrans, Missam, eiusque fructus alicui applicet ex sua intentione: cum enim Sacerdos Myfteriorum Diuinorum sit dispensator, hinc est, vt huius Sacrificij effectus referatur ad eum, cui à Sacerdote Missa illa applicatur.

Hic duo dubia se obijciunt. Primum

*est.*

## LIB. PRIMVS.

est: Sacerdos aliquis obligatus est Missam celebrare pro Paulo, verbi gratia: quia vel ab illo plenarium accepit stipendium, aut quia id facere illi iniunctum est ab habente potestatem, puta Papa, Episcopo, aut, si Religiosus est, à suo Superiore. Ille vero, præter omnem rationem & æquitatem, Missam Francisco applicat. Quæritur: Fructus huius Missæ vter eorum consequitur, Paulusne, an Franciscus? Sunt, qui in tali casu fructum Missæ non adscribant ei, cui iniuste eam applicat Sacerdos; sed ei potius, cui eam applicatam oportuit. Ratio est. Primò, quia non est credibile, Christum, in applicandis huius Sacrificij fructibus, iniustam & iniquam ministri intentionem respicere. Secundò, quia intentio & voluntas superioris efficacior est intentione subiecti. Vnde sequitur, fructum Missæ illi applicari, quem intendit Superior; non autem illi, quem intendit Sacerdos siue inferior. Alij ministri intentionem semper prævalere volūt, propterea quòd potestatem offerendi Sacrificium Missæ à nullo aliam habeat dependentem. Vnde dicitur in forma Ordinationis

nationis: Accipe potestatem offerendi Sacrificium pro viuis & defunctis. Ergo pro illo valet Missa, cui à Sacerdote applicatur. Similiter euenire in Sacramentis videmus: si Sacerdos aliquis inferior aliquem baptizet, aut absoluat contra voluntatem sui Superioris, nihilominus tenet Sacramentum, propter rationem iam dictam. Concludo igitur, Sacerdotem non applicantem Missam, cui oportebat, malefacere; fructum tamen eius nihilominus redundare ad eum, cui à Sacerdote applicatur, etsi hoc ipso facto contra alterum iniustitiam committat. Dico deinde, eum Sacerdotem teneri ad restitutionem stipendij ab altero accepti, aut sanè ad celebrandum pro eo alio tempore. Et, si Religiosus est, pro eo Missam celebrare debet, pro quo celebrari eam Superior ordinauit, nisi tamen cesset causa talis ordinationis. Verbi gratia: Ordinet Superior, vt celebretur Missa pro sanitate Petri infirmantis: Missa non celebratur, & Petrus ea nocte moritur. hic manifestum est, non teneri ad celebrandam Missam, quippe

## LIB. PRIMVS.

3

quippe cū cesset causa ordinationis, siue mādati Superioris. Alterū dubium est: Quid fiat de fructibus eius Missæ, quæ à Sacerdote nemini applicata sit, aut applicata quidem sit, sed ei, qui ea non habet opus, aut fructuum eius non est capax? Respondeo: Hoc in casu Missæ fructum & effectum, quæ est remissio poenæ, nemini communicari: quia, vt communicetur alicui, necessaria est Sacerdotis intētio & applicatio, minimum virtualis; qua deficiente, neq; fructus communicatur Sacrificij, sed reponitur, aut (vt dicam melius) manet in thesauro Ecclesiæ. Idem dicendum est, si Sacerdos Missam applicet eidem, cui Antonius, verbi gratia, eam applicat, si Antonius eam suo tempore non applicauerit; tum enim Sacrificium non sortitur effectum, propter rationem iam dictam. Ita arbitratur Suarez Tom. 3. disp. 79. sect. 9. §. ex dictis, contra Cordubensem, lib. I. quæst. 4. dub. 5. Quærat aliquis, an Sacerdos animaduertens, Missam hesternam verbi gratia non fuisse applicatam, eam applicare possit die sequenti?

Respon-

Respondeo, non posse: quia fructus Sacrificij non manet suspensus, quin nec ex cōmuni Ecclesiæ thesauro loco motus fuit, neque Sacerdos ille ius habet in tali fructu, nisi tempore oblationis, perinde vt in Sacramentorum quoque administratione vsu venire videmus.

Secundò, ad percipiendum effectum & fructum huius Diuini Sacrificij, necesse est, vt aliquis sit baptizatus. Ita sentit S. Thomas p. 3. q. 79. art. 7. ad 2. & ante hunc S. Augustinus de Anima lib. 7. c. 9. Ratio est, quòd Satisfactio pro pœna, de qua loquimur, qui effectus est Sacrificij ex opere operato, non datur nisi membris Christi, & filijs Ecclesiæ: mēbra verò Christi omnes sumus per Baptismum, qui fidei est signaculum, per quod in filios Ecclesiæ suscipimur. Vnde in Canone Missæ dicitur: *Memento Domine famulorum famularumq; tuarū, qui nos præcesserūt in signo fidei.* Et hinc, cum offerendum est hoc Sacrificium, ex Ecclesia exire iubentur Catechumeni, quòd effectuum eius non sint capaces. Dices, supra capite 5. dictum est, etiam pro infidelibus Missam celebrari posse.

Ergo

Ergo  
con  
deo  
tos  
alic  
etia  
hic  
crif  
rate  
& f  
Ter  
fici  
ijs  
finē  
in c  
fer  
ian  
eni  
rò  
qu  
fru  
cat  
ha  
qu  
ad  
su  
25.

## LIB. PRIMVS. 65

Ergo quoque huius Sacrificij effectuum consequi possunt non baptizati. Respondeo : Supra nos de hoc Sacrificio locutos fuisse, quatenus est impetratorium alicuius gratiæ ac fauoris, & hoc fine etiam pro Gentilibus offerri posse. At hîc de Missa loquimur, quatenus est Sacrificium satisfactorium ex opere operato, quo temporalis pœna remittitur, & sic solummodò prodest Baptizatis. Tertio requiritur; vt qui de huius Sacrificij fructibus participare, aut perfrui ijs volunt, viatores sint, neque adhuc ad finem beatitudinis pertigerint, sicut Beati in coelo, multo minus damnati in Inferno. Ratio est: quia qui in coelo sunt, iam plenariè satisfecerunt; alioquin enim eò non peruenissent. Damnati verò non sunt capaces remissionis pœnæ, quia inimici sunt Dei. Effectus igitur & fructus huius Sacrificij solis communicatur viatoribus, quales sunt fideles in hac vita, & defuncti in Purgatorio: ij siquidem, quando nondum peruenerunt ad terminum, viatores rectè dici possunt. Vnde Concilium Tridētinum sess. 25. cap. I. dicit: Animas in Purgatorio deten-

deten-

detentas multum per Sacrificium Missæ adiuuari : & fess. 22. cap. 1. Missam pro viuis ac defunctis offerri affirmat.

Quartò , ad consequendos effectus huius Sacrificij necesse est aliquem esse in gratia & amicitia Dei : hoc enim beneficium non nisi amicis confertur; nequaquam verò inimicis, quales sunt, qui peccatis mortalibus sunt implicati, quæ impediunt , quominus ijs Satisfactiones Christi applicentur. Hic occurrit dubium : An scilicet hoc obstaculo peccati remoto, homo reuersus in gratiam, effectum huius Sacrificij recuperet, quemadmodum recuperat effectum Baptismi, qui fictè ac cum simulatione baptizatur , postquam de tali simulatione pœnitentiam egerit ? Respondeo hic esse rationem longe diuersam. Quod enim Baptismus effectum suum recuperet sublato impedimento, necessarium est ad consequendam salutem , quippe cùm reiterari non possit; Missæ verò sacrificium reiterari potest, neque ita necessarium est vt Baptismus. Dicimus ergo fructum & effectum hu-

ius Sacrificij obiecto impedimento ob peccatum mortale, eius scilicet pro quo offertur, non manere suspensum, donec talis persona conuertatur, sed manere in thesauro Ecclesie, quemadmodum quoque dictum est supra.

Quintò requiritur, vt is, pro quo offertur Missa, obligatus sit ad solutionē poenæ pro peccato aliquo præterito: quia vbi nulla est obligatio ad poenam, ibi quoq; hoc Sacrificium non sortitur effectum, quemadmodum dictum est de Beatis. Hinc est, quòd illud Sacrificium effectum nullum in B. Virgine habere potuerit, quæ speciali priuilegio libera fuit ab omni culpa, neque vllò vnquam tempore obstricta obligationi ad poenam aliquam temporalem. Quærat aliquis, an in tali casu referuetur iste effectus in aliud tempus, quo fortè eo est opus habiturus? Respondeo vt ante, talem effectum non manere suspensum, sed manere in thesauro Ecclesie. Verum quidem est, S. Thomam in Addit. q. 71. art. 14. ad 3. existimare, in tali casu.



casu, propter pietatem diuinam, & cōmunem iustorum charitatem, illum effectum communicari iustis eo opus habentibus: sed hæc verum esse intelligitur, quatenus Sacerdotis applicatio, minimum in genere & virtualiter, adhibetur, id est, quotiescunque pro aliquo sacrificio ea conditione, vt eo fructu Sacrificij non indigente, fructus in alium transeat indigentem. Alioquin si intentio Ministri Sacrificium offerentis in aliquo subsistat, qui eius fructum non indigeat, tum fructus iste in alium non transit, sed manet in Thesauro Ecclesiæ. Hinc nõ Sacerdotis solum, sed quicumque etiam Missam celebrari procurant, intentio requiritur, vt, si effectus sacrificij non profit ei, cui applicatur, alijs ad minimum profit, eius fructu indigentibus.

Ad euidentiozem eorum, quæ dicta sunt, declarationem, tria discutienda dubia proponuntur. Primum est: An in eo, pro quo celebratur Missa, hoc fine, vt fructus eius percipiat, præter gratiã alia quoque quædam requiratur dispositio aut præparatio, puta, vt eo tempore  
inbo-

## LIB. PRIMVS. 69

in boni alicuius operis exercitio occupetur? ut desideret, & consideret tanti beneficii fructus? Respondeo, præter gratiam, & illa dona, quæ eam comitantur, nullam aliam præparationem requiri. Ratio est, quòd effectus Missæ, qui est ex se, siue opere operato, de quo loquimur in præsentiarum, non confertur per actionem aliquam eius, qui tales effectus consequitur, sed per donationem & institutionem Christi, qui ordinavit, ut hi, qui in gratia sunt constituti, quotiescunq; pro ijs Missa celebratur, toties consequantur remissionem poenæ pro certis peccatis præteritis. Vnde etiam si is, pro quo Missa celebratur, dormiat, nihilominus tamen eius consequitur effectum: pari modo, ut si ego meam satisfactionem alteri id ignorantem communicem, Deus tamen nihilominus eam acceptat, ac certam illi poenæ partem relaxat, idque propter rationem commemoratam. At, inquit, consensus ad minimû requiritur, & voluntas tale beneficium recipiendi. Respondeo sufficere, si iste consensus sit virtualis tantum ac implicitus, quem

habere

habere omnes præsumuntur. Omnes enim poena, qua obstricti sunt, cupiunt liberari.

Secundum dubium est: An peccata venialia fructum Missæ impediât in eo, pro quo illa celebratur? Respondeo nõ impedire, quia culpa venialis nõ tollit gratiam, quæ est vltima & sufficiens dispositio ad percipiendos effectus Missæ. Deinde peccata venialia non sunt fructui huius Sacrificij contraria, qui est remissio poenæ temporalis, vnde neque eundem possunt impedire.

Tertium dubium est: An quò quis maiorem gratiam habet, maioriq; pietate ac deuotione excellit, eò quoq; vberiores ex Missa fructum referat, quæ pro illo celebratur? id est, an obtineat remissionem maioris poenæ, quam qui minus pius est, ac deuotus, quando pro eo Missa celebratur? Aliqui tenuerunt partem affirmantem, veluti Soto de Iustit. libr. 8, q. 2. art. 2. & Syluester verbo Missa, q. 9. Ratio est: Si enim gratia est dispositio ad consequendum effectum Missæ, consequi etiam videtur, vt maiores ac vberiores habeat effectus, qui  
maio-

LIB. PRIMVS. ¶

maiolem habet gratiam. His non ob-  
stantibus, sequédus est Caietanus Tom.  
3. Opusc. tractat. 3. q. 2. & Durandus in 2.  
dist. 45. q. 3. numer. 7. & 8. qui dicunt  
quantitatem effectuum Missæ proueni-  
re ex institutione Christi, & Sacerdo-  
tis applicantis intentione, non ex gra-  
tia: neque gratiam hîc præstare aliud,  
quàm quòd remoueat obstacula, in tali  
persona talem effectum impediencia,  
pro qua nimirum Missa celebratur. Et  
hæc doctrina est S. Thomæ in 4. Sent.  
dist. 45. q. 2. art. 3. quæstiuncula I. Ad ra-  
tionem in contrarium allatam respon-  
detur, effectum Missæ non dependere  
à gratia, neque secundùm gratiam  
communicari, sed dari his, qui sunt in  
gratia secundùm intentionem appli-  
cantis. Hinc non sequitur: vbi maior  
est gratia, ibi etiam maior erit effe-  
ctus, excepto casu sequenti: si videli-  
cet Sacerdos, Missam celebrans pro  
duobus in gratia constitutis, eius Missæ  
fructum pro rata magnitudinis gra-  
tiæ ijs applicaret; tum enim maiorem  
gratiam habes, maiorem quoq; fructus  
portionem consecuturus esset; quia  
talis

## DE S. MISSA

talis est ipsius Sacerdotis applicatio: si  
verò æquali proportione ambobus ap-  
plicet, æqualem quoque fructum ambo  
consequentur, etsi vnus altero maiorem  
gratiam habeat.

Fundamentum omnium eorum, quæ  
hîc dicuntur, cõsistit in remissione pœ-  
næ, quæ effectus est & fructus huius di-  
uini Sacrificij, neque nobis per actus  
nostros, sed per viam donationis con-  
fertur; quippe quæ instituta est à Chri-  
sto secundum intentionem Ministri. Hinc  
si quis maiorem fructum ex Missa con-  
sequatur, non ideo est, quia maiorem  
gratiam habuit, sed quia à Sacerdote il-  
li maiori ex parte sit applicata.

*Sitne finitus, an infinitus effectus Missæ, id  
est, an tantum proficit Missa, quæ pro mul-  
tis, quantum quæ celebratur  
pro vno solo?*

## CAP. IX.

**V**T propositam quæstionem rectius  
intelligamus, notandum est, aliud  
esse valorem Missæ, aliud verò eiusdem  
fructum & effectum. Valor eius in di-  
gnitate & sufficiëntia consistit eius, quod  
offer

offer  
tali or  
dum p  
sti. Q  
Missæ  
quider  
natura  
suffici  
homin  
dum q  
mentu  
fertur  
& qui  
infini  
media  
id dis  
cium  
offeren  
psum t  
ætern  
lijper  
lud, t  
cepta  
ter q  
ultim  
loqua  
ficiun

offeritur in Missa: effectus est id, quod ex tali oblatione ad nos redundat secundum promissionem & donationem Christi. Quod si ergo loquamur de valore Missæ, dico eum esse infinitum, & ita quidem infinitum, ut si eum per se & naturam suam consideres, aptus sit & sufficiens ad delendas omnes omnium hominum pœnas, itemque ad impetrandum quicquid impetrari potest. Fundamentum huius rei est, quia id, quod offeritur, infinitum est, nempe Filius Dei: & qui in eo principalis est offerens, est infinitus, nempe Christus, qui offert mediante Sacerdote, quemadmodum id disertis verbis affirmat Conc. Tridentinum c. 2. sess. 22. *Idem (inquiens) nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit.* Vnde Pater æternus in Ministro dilectissimi sui Filij personam respiciens, Sacrificium illud, tanquam rem sibi gratissimam, acceptat à Filio suo sibi oblatam, non aliter quam ab eodem idem Sacrificium ultimæ Coenæ acceptavit. Quod si verò loquamur de fructu, qui per hoc Sacrificium confertur, remissione scilicet

D

penit.

poenæ, quæ tollitur ex opere operato, veluti dictum est supra, tum dico talem effectum ac fructum finitum esse ac determinatum. <sup>¶</sup>

At quomodo (inquiet aliquis) hæc possunt simul subsistere, Sacrificium infinitum esse, & effectum eius finitum? Respondeo, effectum istum, de quo nos loquimur, non nasci ex natura & valore Sacrificij, neq; ex sufficientia rei sacrificata: sic enim effectum infinitum esse oportet, quod est inconueniens: sequeretur enim Sacerdotem, vel vnicam duntaxat Missam celebrando, pro viuis & defunctis, oēs simul animas ex Purgatorio, & viuētes ab omnibus poenis temporalibus liberare, quod sanè absurdissimum est; sed effectum illum metiendum esse dicim⁹ institutione & promissione Christi, qui Missæ Sacrificium, cum propter alias, tum verò propter hanc causam instituit, vt instrumentum esset, quo nobis satisfactionem suam applicemus, soluamusq; aut totam poenā, aut aliquam saltem eius partem, quam debemus pro peccatis præteritis. Querat aliquis: quanta remittatur poena ei ex opere operato, pro

to, p  
deo,  
natio  
bis Sa  
ta ren  
tere v

Pr  
ficiu  
ri, &  
ad im  
ta. Ra  
ris fu  
finita  
neces  
dam  
enim  
mine  
illud  
per i  
cedit

Ac  
licet  
nitur  
Miss  
stim  
quer  
pere

ro, pro quo Missa celebratur? Respon-  
deo, poenam istam remitti per viam do-  
nationis, quam fecit Christus, suas no-  
bis Satisfactiones applicando; vnde tā-  
ta remittitur nobis poena, quantā remit-  
tere vult is, qui donum illud contulit.

Præterea notandum est, Missæ Sacri-  
ficium etiam in persona Ecclesiæ offer-  
ri, & tum quoq; valor ac efficacia eius,  
ad impetrandum quod petitur, est fini-  
ta. Ratio est, quòd quantitas istius valo-  
ris fundetur in sanctitate Ecclesiæ, quæ  
finita cum sit, eum quoque finitum esse  
necesse est. Prodest interim ad impetrā-  
dam copiosissimā à Deo gratiam: Deus  
enim Sacrificium sibi offerri videns no-  
mine Ecclesiæ, dilectissimæ suæ sponsæ,  
illud acceptat, ac liberaliter, quicquid  
per illud petitur, modo expediat, con-  
cedit.

Ad dubiū igitur quod attinet, An sci-  
licet effectus aut fructus Missæ, quem fi-  
nitum esse diximus, imminuatur, si  
Missa pro multis offeratur? Aliqui exi-  
stimant eum non imminui, sed vnum-  
quemque tantum fructum ex ea perci-  
pere, quantū percepturus esset, si pro se



solo offerretur. Verbi g. Si Missa, quæ celebratur pro vno, remittat decem gradus poenæ, iam si celebretur pro centum, singulis eorum nihilominus decem gradus poenæ remitti putant, neque multitudinem impedire Missæ effectum. In hac sententia est Caiet. par. 3. q. 79. art. 5. & in Opusculis Tom. 2. tract. 3. q. 2. Syluester verbo Missa q. 9. Canus lib. 12. de Locis, c. 13. ad 10. Cordubensis lib. 1. q. 3. alijque plures, qui citantur à Suarez Tom. 3. disput. 79. sect. 12. Fundamentum illorum est, quod Sacrificium propter rem, quæ sacrificatur, sit infinitum. Alij affirmant imminui fructum Missæ, quæ celebratur pro multis; ponamus, verbi gratia, Missam delere decem gradus poenæ: hinc distinguunt illi dicendo, quod si celebretur pro vno solo, tum relaxaturam illi decem gradus poenæ; sin verò celebretur pro decem simul, aiunt eius quoque fructum in decem partes diuidi, atque ita singulis vnum tantum peccati gradum remittit: quod si verò celebretur pro 20. iam singulis mediam duntaxat partem gradus relaxari, adeo ut quò plures sunt numero, pro quibus

quib  
non  
fitur  
nem  
fibi  
taxa  
mas  
3. ad  
26. &  
plur  
I  
neno  
ius S  
catur  
esse  
app  
se es  
nion  
bet,  
si fin  
tum  
con  
cor  
vno  
tudo  
set  
& c

quibus Missa celebratur, eo quoque minor remissionis pars ad singulos sit transitura. Similiter si pro quatuor ieiunem, minus de valore ieiunij mei transibit ad singulos, quàm si pro vno duraxat ieiuné. In hac sententia est S. Thomas in 4. dist. 45. q. 2. art. 4. quæstiunc. 3. ad 2. Scotus quodlib. 20. Gabriel. lect. 26. & 27. Soto lib. 9. de Iust. q. 2. & alij plures.

In hac ergo controuersia hæc est tenenda sententia, effectus & fructus huius Sacrificij, qui à Sacerdote ei applicatur, pro quo Missa celebratur, finitos esse & determinatos: vnde si pluribus applicentur, eos diuidi & minui necesse est, quemadmodum secunda hac opinione astruitur, ideoque multò plus habet, pro quo solo celebratur Missa, quàm si simul pro alijs celebretur. Fundamentum huius doctrinæ innititur Ecclesiæ consuetudini, qua videmus vbiuis locorum receptum esse, vt aliquando pro vno solo celebretur Missa; quæ consuetudo, si Missa æquè prodesse multis posset ac paucis, iniqua sanè cēsenda esset, & charitatis regulæ contraria, utpote

qua, citra omnem iustā causam, tam insigni fructu tot multa hominum millia defraudarētur. Deinde, si vera esset prima illa opinio, sequeretur Sacerdotem rectē posse à pluribus pro vna sola Missa plura stipendia accipere, vnaque Missa omnibus satisfacere, videlicet singulis illorum valorem eius applicādo; quippe quæ singulis prodesse tātum posset, quantum prodesset si pro vno solo celebraretur; id quod absurdū est, & Ecclesiæ consuetudini contrarium, vti inferius demonstrabitur. Demum, si effectus & valor Missæ secundū primam illam opinionem infinitus esset, sequeretur, binas Missas nō magis prodesse, quā vnam solam: quia vna sola infinito illo suo valore sufficiens esset ad tollendam quamuis obligationem pœnalem. At verò hoc planè contrariū est Ecclesiæ consuetudini, quæ semper tenuit, ac etiamnum tenet, magis duas Missas prodesse, quā vnam.

Suarez in 3. Tomo, disp. 79. sect. 12. §. Dico secundò, dicit Caietanum, ac alios istos primæ opinionis fautores ac assclas, huic nostræ doctrinæ minimè repugna-

pugnare: non enim loqui eos de effectu  
 Missæ, qui a Sacerdote applicatur ei  
 pro quo celebratur, verum de alio quo-  
 dam effectu, ipsis offerentibus respon-  
 dente. Quod sic est intelligendum. Su-  
 pra dictum est, omnes eos, qui concurrunt  
 cum Sacerdote ad oblationem huius  
 Sacrificij, rectè dici offerentes, ut qui  
 Missam celebrari procurant, qui stipen-  
 dium erogant, qui sacrificanti admini-  
 strant, demum qui illam audiunt: omnes  
 enim ad oblationem Sacrificij cooperan-  
 tur. Iam in vnumquemq; eorum Missæ  
 Fructus transit in solidum, neque immi-  
 nuitur ob id, quia multi sunt numero.  
 Ponamus, verbi g. eum, qui sacrificanti  
 administrat, mereri quinque gradus fru-  
 ctuum, accedit alius ad inseruiendum,  
 eidem sacrificanti, hinc dicitur fructum  
 eius, qui erat quinque graduum, non di-  
 minui, sed integrum manere: item alte-  
 rum istum, qui simul inseruit cum eo, non  
 minus fructum manere quinque gra-  
 duum atque primum istum, & sic dein-  
 cept, adeo ut si mille administrarent idem  
 sacrificanti, omnes idem fructus maneret  
 & effectus. Atque ita iste effectus infi-

nitus quidem est, sed certo quodā modo: multiplicatur enim multiplicato numero ministrantium. Idem de alijs offerentibus dicendum est. Atque hic effectus cum ex opere operantis procedat, in vno potest esse maior, quam in alio, propterea quod in vno maior ad tales effectus possit esse dispositio, quam in alio. At non eadem est ratio cum fructu ac valore Missæ, quem Sacerdos applicat ei, pro quo celebrat; cum enim finitus ille sit, diuiditur quando pluribus personis Sacerdos Missam applicat.

Deinde asseritur Sacrificium Missæ, quatenus per id à Deo gratia impetratur, valorem habere infinitum; unde si offeratur pro multis, non minus prodest singulis, ad impetrandum id quod petierunt, quam si pro vno solo offeratur. In hac sententia est S. Thomas in 4. dist. 45. qu. 2. art. 4. quæstiunc. 2. alijque supra in secunda opinione allegati. Ratio hæc est, quod impetrandi vis ac efficacia in dignitate ac valore Sacrificij fundata sit, quæ cum infinita sit, (quia infinitis modis Deo gratū est Sacrificium) sequitur quoque Missæ Sacrificium sufficiens esse

esse ad quamcunque gratiam & beneficium consequendum, idq; in infinitum; neque minus potens esse in multis, quam in vno solo. Verum tam est effectum, qui per viam impetrationis datur, non semper certum esse ac infallibile, ideoque utile est Sacrificia multiplicare, quò melius disponantur, tam ij, qui gratiam postulant, quam pro quibus illa postulatur.

Hic non incommodè explicare illa quoq; potest questio: An nimirum Missa Sacerdotis improbi minus valeat, quam boni & probi? Qua de re agens S. Thom. in 3. part. q. 82. art. 6. duo in Missa dicit considerari posse. Primò, ipsum Sacramentum quod principale est, & nò minus est in Missa pravi Sacerdotis, quam boni: in vtroque enim eadem res est, & idem Sacramentum. Deinde Orationes, quæ in illa recitantur, quæ, si considerentur quatenus sūt nomine totius Ecclesiæ, cuius minister est Sacerdos, vnum eundemq; semper habent effectum, qui nec impediri, nec imminui potest vlla ministri malitia; quippe cum in totius Ecclesiæ merito sit fundatus. Quòd si

verò eadem Orationes considerentur quatenus sunt Sacerdotis, vt personæ priuatæ, ita efficaciam suam trahunt à deuotione Sacerdotis orantis. Hinc, quoniam in Sacerdote probiore maior est deuotio, fit quoque, vt eius Missa sit efficacior ac fructuosior quoad Orationes, quàm Sacerdotis non æquè deuoti. Quando verò improbus Sacerdos Missam celebrat in peccato, ita vt illa actio mala sit; quia scilicet citra reuerentiam est facta, tum (inquit S. Thomas) Orationes eius priuatas non esse fructuosas, id quod verissimum est, ijs ipsis enim Deum offendit, potiusque prouocat ad vindictam, quàm excitat ad misericordiam. Vnde Prouerb. c. 28. dicitur: *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Vnde aliud est minus deuotum esse in celebranda Missa; aliud verò eam in peccato mortali celebrare: neque dubium vllum est, quin si is, qui pro nobis intercedit, amicus sit Dei, facilius quoque nobis, quod petimus, sit impetraturus.





modū peccaret, qui, nactus à Deo gratiam aliquam gratis ad proximi utilitatem datam, eam nūquam in vsum deduceret; eodem etiam modo peccare existimant illum Sacerdotem, qui nunquā sacrificandi suo munere in Ecclesię utilitatem fungitur.

Alij, melioribus innixi fundamētis, asseuerant, Sacerdotes sub pœna peccati mortalis obligatos esse celebrare aliquoties non solum in tota vita; sed etiā in anno. In his est S. Thomas, Durādus, Soto, Paludanus, S. Antoninus, Syluester, Angelus, Nauarrus, & alij, qui citantur à Suarez in 3. part. Tom. 3. disput. 80. sect. 1. Cui doctrinæ confirmandæ ac Rehabiliendæ accedit S. Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. & Can. 2. vbi dicit, Christum his verbis, *Hoc facite in meam commemorationem*, Apostolis ac Sacerdotibus præcepisse offerre Sacrificium Missæ. Et sess. 23. cap. 14. de reform. iniunxit Episcopis, vt procurent Sacerdotes celebrare ad minimum diebus Dominicis ac Festis solemnibus. Et cap. *Dolentes, de celeb. Miss.* inter cætera peccata à Pontifice reprehensa, vnum illud numeratur, quòd

quod inueniantur Sacerdotes, qui vix quater in anno celebrarent. Et Pius V. in editione Vaticana Commentariorum Caietani, omitti iussit illam opinionem, qua nunquam in anno celebrare tantum veniale peccatum esse asserbatur. Vnde ex testimonijs & authoritatibus tanti momenti facile colligere est, plus esse quam peccatum veniale, nunquam in anno celebrare Missam, nullo legitimo obstante impedimento: animaduertitur etiam celebrandi præceptum his verbis comprehensum: *Hoc facite in meam commemorationem*, diuinum esse positium, iuxta explicationem Concilij Tridentini, adeo vt secunda hæc sententia, tanquam veritati ac pietati magis cõsentanea, & tutior, merito sit amplectenda, maximè cum videamus in Ecclesia adeo in consuetudinem venisse frequentem illum celebrationis vsum, vt si Sacerdos quispiam non aliquoties in anno celebraret, tãquam homo profligatæ conscientiæ ac vitæ deprauatæ, plurimis scandalum non exiguum sit præbiturus.

Secundò quæritur: Quoties in anno

D 1

Sacer-

Sacerdos obligetur Missam celebrare, si possit? Iurisperiti nonnulli, referente Syluestro, verbo Missa 1. q. 7. & S. Antonio. 3. p. t. 13. Cap. 16. §. 12. existimarunt, eum teneri celebrare quotidie, quia scilicet Missa omnibus profit, maximè ad delenda peccata venialia, quæ quotidie committi consueuerunt. Verùm hæc sententia non est veritati consentanea, neque ratio ista satis est efficax ad eam comprobendam, cum venialia peccata gratiam nobis non auferant, aliaque plura extent remedia ad peccata venialia delenda. S. Thomas in 3. d. 13. q. 1. art. 2. quæstiunc. 1. ad 2. dicit, Sacerdotem obligatum esse celebrare Missam Festis solennioribus, maximè ijs, in quibus communicare fideles consueuerunt. Soto quæst. 1. art. 10. dist. 3. addit, etiam mortaliter eos peccare Sacerdotes, qui his diebus, citra legitimam causam, Missam celebrare omittunt. Quæ doctrina videtur aliquanto durior, quam vt probari suffiçienter possit. Vnde Nauarrus in sua Summa cap. 25. nu. 88. arbitratur Sacerdotem satisfacere obligationi sacrificandi ter

aut

aut quater in anno celebrando. Quæ res cum ab Ecclesia determinata non sit, difficile est aliquid affirmare, cui non æquè facile contradici possit. Vnde mihi placet id, quod Suarez dicit loco citato; cum scilicet ea res determinata non sit ab eo, qui determinandi habet potestatem, neque per intrinseca principia determinari possit, ad extrinsecas circumstantias esse recurrendum. Dico ergo: Si rarus ille celebrandi usus occasione Sacerdoti præbeat peccandi, aut populum scandalizet, aut alioquin alicuius notabilis damni spiritualis causa existat, quibus incommodis omnibus frequenter celebrando mederi Sacerdos possit ac præuenire, in tali casu obligatum esse sæpius Missam celebrare, idque secundum arbitrium hominis prudentis ac deuoti.

Tertiò quæritur: An liceat celebrare quotidie? Respondeo licere, non tamen ulli Sacerdoti ad id diuino vel Ecclesiastico iure adstringi, in quo omnes Theologi cõsentiunt. Vnde videmus pios ac deuotos Sacerdotes aliquando Missam intermittere propter reuerentiam ac  
deuo-

deuotionem, qua Sacrificium istud prosequuntur. Hinc, si qui ratione officij obligentur Missam quotidie celebrare, ut Sacellani & Curati, non id ita capiendum est, quasi Sacellanus aut Curatus teneatur quotidie ipse Missam celebrare, veluti explicatur. *Cap. significatum de Præbendis*; sed satis est, modò ab alio quopiam Missam celebrari procuret. Dico deinde, non solum omnibus Sacerdotibus quotidie celebrare licitum, sed laudabile etiam esse, exceptis tamen ijs diebus, qui ab Ecclesia sunt prohibiti, ut infra dicemus. In hac quoque sententia omnes Theologi conueniunt, facileque probari potest. Nam in Ecclesia Christi multos Sacerdotes tam seculares quam religiosos quotidie celebrare videmus; & ob id non modò non reprehendi, aut coargui; sed vel maximam quoque laudem mereri. Ergo licitum est.

Præterea multi Sancti idem confessi sunt. S. Andreas ad Tyrannum inquit: *Quotidie immolo Deo agnium immaculatum.* Hippolytus, in oratione de consummatione Mundi, Christum introducit dicens

dicentem: *Venite ad me, ô Sacerdotes Euangelici, qui quotidie Corpus & Sanguinem meum pretiosum sacrificastis.* Cyprian<sup>o</sup> in Epist. 54. magnis laudibus sanctam hanc consuetudinem quotidie celebrandi extollit. Et S. Gregorius Homil. 37. in Euang. S. Cassium Narniensem Episcopum commendat, cui dicit in more positum fuisse quotidie celebrare.

Præterea offerre Deo diuinum hoc Sacrificium, res est suapte natura bona, qua honoratur diuina illius Maiestas, & quæ toti Ecclesiæ est utilis. Ergo actionem illam exercere singulis diebus, ab Ecclesia non prohibitis, optimum est. Concludo itaque, quotidie celebrare rem esse optimam & sanctissimam, donum Dei singulare, perfectæq; virtutis indicium esse, si ita vitam suam instituat Sacerdos, vt dignus sit quotidie diuinum hoc Sacrificium celebrare. Non tamen etiam nego, licitum esse illud nonnunquam ex reuerentia, aut iusto timore intermittere: siquidem & hinc etiam ad nonnullos utilitas aliqua potest resultare spiritualis.

Quan-

Quartò quæritur; an si, ægrotante Parocho, ob eius morbum periculum fit, ne pagani Missæ fructibus carere cogantur, simplex aliquis Sacerdos obligatus sit celebrare Missam sub pœna peccati mortalis? Respondeo in tali casu esse obligatum euitâdi scandali causa, alioquin minimè.

Dixi superius licere quòtidie Missam celebrare, exceptis ijs diebus, qui ab Ecclesia prohibentur; restat nunc, ut quinâ isti sint, dispiciamus. Primus igitur est feria sexta Hebdomadæ Sanctæ, quo die (vti notum est) neq; priuatam, neq; solemnem Missam celebrare permissum est, prohibente id Ecclesia, vultu declarat Innocentius L. ca. 1. ad Decentium, & refertur Cap. Sabbatho de Consecratione, dist. 3. Qua in re conueniunt omnes, quotquot de Officijs ac Ecclesiasticis Coeremonijs scriptum reliquerunt, tralatitium scilicet id esse affirmantes, & antiquissima consuetudine approbatum. S. Thomas in 3. p. q. 83. art. 2. ad 2. causam refert istam, quòd ea die ab Ecclesia Passio Domini nostri Iesu Christi, eo quo gesta est modo, populo pro-

lo proponatur; vnde inconueniens fit, eam mysticè repræsentare, quod fit in Missa per consecrationem Corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi.

Querat aliquis: Anne quis ex deuotione ea die communicare possit? Ex deuotione inquam: urgente enim necessitate posse certum est, puta si quis ægrotus in periculo mortis constitutus, eo se Sacramento, ceu viatico, præmunire velit, ad quem finem ea quoque die communicare permissum est. Marcellus Francolinus de Horis Canonicis c.3. illud prohibitum esse existimat, propterea quòd Innocent. I. c. citato dicit, ea die Sacramenta non celebrari. Item ordinatum est, vt Eucharistiæ Sacramentum reseruetur infirmis. Ergo ea die sani communicare non possunt. Suarez in 3. p. Tom. 3. disp. 80. sect. 2. §. 2. probabilius putat, si id fieri posse asseramus; ratione nititur ista, propterea quòd communicare bonum sit, neq; vlla die prohibitum. Ergo etiam licitum. Ad Innocentiũ respondet, Papã non dicere: *Non ministrari, sed nõ celebrari*, id est, consecrari: hoc enim est verè celebrare. Ad id  
quod



quod dicitur, Eucharistiam referuari  
 agrotis, respōdet, eam quidem causam  
 fuisse principalem & necessariam; pro-  
 pterea tamen non negari, Eucharistiam  
 quoq; alijs ministrari posse. Vnde Ama-  
 larius lib. 1. de Eccles. Officijs cap. 11. di-  
 cit, Eucharistiam etiam pro ijs referuari  
 ri, qui die sequenti communicare vo-  
 lunt. Et Durandus lib. 6. cap. 75. pro Re-  
 ligiosis etiam asseruari dicit, qui com-  
 municare volūt. Propterea priscis tem-  
 poribus etiam moris fuit ea ipsa die cō-  
 municare: vnde in Ordine Romano an-  
 tiquo in Officio eius diei dicitur: *Com-  
 municent cum silentio.* Et Gregorius Ma-  
 gnus in lib. de Sacramentis dicit: *Com-  
 municet Sacerdos, & omnis plebs:* Mea  
 circa propositum dubium sentētia hęc  
 est, Feria sexta Hebdomadæ Sactæ com-  
 municari quidem olim rectē potuisse;  
 quia non est prohibitum: hoc tempore  
 verò non posse, quòd consuetudo ea die  
 Communicandi exoleuerit; aut quia id  
 fieri commodè non possit; aut quia in  
 desuetudinē abierit mos ille antiquo-  
 rum singulis diebus Communicandi.

Restat vt, quid de Feria V. & de Sab-  
 batho

batho  
 fit, d  
 brari  
 Feria  
 ea die  
 re Mi  
 tant c  
 Ecele  
 dotes  
 corun  
 Fran  
 confe  
 quo,  
 fieri e  
 sti, qu  
 in qu  
 chari  
 nent  
 licer  
 dist. u  
 num  
 re M  
 pra,  
 quòd  
 nequ  
 à cel  
 plur

batho Hebdomadæ sanctæ sentiendum sit, dispiciamus, possitne scilicet celebrari Missa istis diebus, nec ne? Quod ad Feriam quintam attinet, sunt qui negēt ea die cuius Sacerdoti licere celebrare Missam, in singulis verò Ecclesijs putant celebrari posse Missam solemnē ab Ecclesiæ eiusdem Rectore, in qua Sacerdotes omnes communicent more Laicorum. In hac sententia est Marcell. Francolinus loco citato, & dicit eam conformem esse Ordini Romano antiquo, cap. de Cœna Domini, atque ita fieri conueniēs esse in memoriam Christi, qui ea die primā Missam celebravit, in qua manu sua propria Apostolis Eucharistiam præbuit. Alij contrarium tenent, dicētes, tali die cui libet Sacerdoti licere Missam celebrare. In his est Soto dist. 13. q. 2. art. 2. Nauarr. in Sum. cap. 25. num. 88. Angles in Floribus q. 8 de valore Missæ, art. vltimò, & Suarez vbi supra, §. Superest. Ratione nituntur ista, quòd nulla lex extet, quæ id prohibeat, neque consuetudine obligemur ea die à celebratione Missæ abstinere, cum plurimos pietate ac eruditione præstātes

tes

tes Sacerdotes ea die Missam celebrare conspiciamus, multique, qui ea die sacrificare intermittant, non causa alicuius scrupuli, aut quia putent id rectè fieri non posse; sed propter impedimenta & occupationes, quibus ea die distinentur, maximè circa Confessiones audiendas, cum ea die maior pars populi communicare consueverit.

Ego quoque secundam hanc opinionem probabiliorem arbitror, eamque iam à multo tempore in praxi quoque secutus sum tam Romæ, quàm Neapoli. Vnde concludo, cuius Sacerdoti licitum esse, Feria quinta Hebdomadæ sanctæ Missam celebrare priuatam, nisi scandalum periculum immineat ex consuetudine aliqua particulari in contrarium, aut simpliciorum ignorantia: tum enim seorsim à populo celebrare fatius fuerit.

Quoad Sabbatum sanctum maior est difficultas, propterea quòd cap. *Sabbato* ijsdem verbis Missam priuatam celebrare prohibeamur, quibus Feria sexta. Quam ob causam Nauarrus, & Franco-  
linus

linus loco citato mortaliter peccare existimant, qui Sabbato Sancto aliam quam solemnem Missam celebrat. Cum enim ius antiquum, nec noua lege, nec consuetudine contraria sit abrogatum, manere in suo vigore præsumitur. Præterea ea die non præmittitur Introitus Missarum priuatarum, quia præsupponitur non esse legendas. Econtrario uero in Sabbato Pentecostes ponitur Introitus, quia scilicet Missæ celebrantur. Sunt alij, qui Sabbato Sancto priuatam Missam legere, non putant esse peccatum mortale. In hac sententia est Soto distinct. 13. q. 2. art. 2. & Suarez loco citato, §. Tertius dies. Rationem adducunt istam; quia ius illud antiquum, quo id prohibitum fuit, Ecclesiæ consuetudine contraria abrogatum est. Ad cuius rei intelligentiam notandum est, quòd antiquitus Sabbato Sancto non recitabatur officium matutinum, nec legebatur Missa de Resurrectione ante mediam noctem, quæ erat principium Dominicæ Resurrectionis. Adde quòd totam illam diem

Ecclesia

Ecclesia in mæstitia transigebat, Christi- que memoriam repræsentabat in sepulchro delitescens, expectans eiusdè resurrectionem. Aliquanto post coepit Ecclesia Missam illam Resurrectionis, quæ media nocte legi solebat, celebrare die Sabbati tempore matutino, quimodetiam nunc per totum Christianum orbem obtinet. Dicunt igitur Illi, Ecclesiam contrariam consuetudinem introducendo, ius illud antiquum abrogasse, quod Missam die Sabbati celebrare prohibebat. Dicit aliquis: Hoc intelligendum duntaxat videtur de Missis publicis ac solemnibus, non autem de priuatis. Respondet Suarez, eandem esse rationem Missarum priuatarum, quam publicarum, propterea quod prohibitio illa in vniuersum sit abrogata. Nihilominus tamen idem Suarez sub finè illius paragraphi dicit, etsi secunda illa opinio satis probabilis sit, & in praxi tutior, se tamen nemini illius usum cõsulere velle, nisi in certis quibusdam casibus, & ex euidenti causa, quò scilicet omne scandalum, quod nasci hinc posset, euitetur.

Reli-

Reli-  
annu,  
celebra  
omnib  
clesiæ  
Cap. Vi  
Quar  
dout pl  
Ad qua  
nem Th  
deo; or  
extat p  
diti II.  
aliorum  
Consti  
tur pra  
debita  
sam cel  
sufficie  
Sacrific  
cum fu  
Ab h  
mini n  
Sacerd  
sum est  
Cap. N  
Consul

Reliquis diebus omnibus per totum annū, quilibet Sacerdos liberè Missam celebrare potest, consentiētibus in eo omnibus Theologis; quibus accedit Ecclesiæ consuetudo, vti expressum est *Cap. Visum, de Consecrat. dist. 2.*

Quartò quæritur: licitumne sit Sacerdoti plures in vna die Missas celebrare? Ad quam quæstionem, secutus communem Theologorum sententiā, respondeo; ordinariè id non licere, quæ de re extat præceptum Ecclesiasticū Alexandri II. *Cap. Sufficit, de cons. dist. 1.* Item aliorum etiam Pontificum. Causa talis Constitutionis hæc est, quòd nō videatur præstare exiguum ille Sacerdos, qui debita cum deuotione vnā in die Missam celebrat. Deinde, quòd vnica Missa sufficienter representetur Christi illud Sacrificium cruentum, quod etiam vnicum fuit.

Ab hac regula festum Natiuitatis Domini nostri excipitur, in quo cuiuslibet Sacerdoti tres Missas celebrare permisum est, ex decreto Telesphori Papæ *Cap. Nocte Sancta de Consecrat. dist. I. c. Consulisti.* Et quanquam in Canonibus

E

aume-

Reli-

numerus ille ternarius Missarum non specificetur, quemadmodū notat Suarez loco citato sect. 3. nihilomin⁹ tamen consuetudine Ecclesiæ ita introductum est, ut tres Missæ celebrentur, quæ iuxta D. Thomam in 3. p. q. 83. art. 2. ad tres illas Christi Natiuitates significant, quarum prima est æterna & diuina: secunda, temporalis & humana: tertia verò natiuitas ea dicitur, quando per gratiam suam in cordibus nostris nascitur.

Glossa super Cap. *Consulisti* dicit, per tres istas Missas, tres hominum status significari, quorum primus fuit sub Lege Naturæ, secundus sub Lege scripta, tertius verò sub Lege gratiæ. Ab hac regula tamen excipiuntur ij, qui priuilegium habent, alia quauis die plures Missas celebrandi, veluti relatum mihi est de locis quibusdam Hispaniæ, ubi priuilegium illud plures Missas celebrandi concessum est Sacerdotibus secunda Nouembris, in Festo nimirum Annarum. Quale priuilegium spero alibi quando non modò per Italiam, sed per totam etiam Ecclesiam, in gratiam annu-

marum

marum  
concel

Præ

li, quib

re cōce

tam Mi

liendus

cūd⁹ ca

person

Tertius

fit cōm

& cum

Quintē

diuersa

de Vigi

si Presb

clesijs

si in Ec

Missæ s

sis Sac

tus dec

inopia

cium b

rium,

celebr

curfus

piat. O

marum, quæ in Purgatorio detinentur, concessum iri.

Præter dictos casus sunt alij nonnulli, quibus plures Missas vnâ die celebrare cõceditur. Primus est, si post celebratam Missam moriatur aliquis, qui sepeliendus sit cum consuetudine Missæ. Secundus casus est, si in Festis, peregrini, aut persona aliqua notabilis superueniat. Tertius est, si ægrotus aliquis necessariò sit cõmunicandus. Quartus, si solènter & cum Missâ nuptiæ sunt benedicendæ. Quintò, interdum fit vt celebrètur duæ diuersæ Missæ, vna de Sancto, & altera de Vigilia, aut de Rogationibus. Sextò, si Presbyter aliquis præsit duabus Ecclesijs Missis indigentibus. Septimò, si in Ecclesia ex obligatione aliqua duæ Missæ sint celebrandæ, à duobus diuersis Sacerdotibus, quorum alter ægrotus decumbat. Octauò, si ob Ecclesiæ inopiam, aut causam aliquam ad iudicium boni Viri iustam, putetur necessarium, vt vnus Sacerdos plures Missas celebret. Nonò, si tantus sit populi concursus, vt templum eos omnes non capiat. Ob istâ causam dicit Strabo de reb.



Ecclef. c. 21. S. Leonem septies in vna die  
Missam celebraffe.

Hos tamen casus cum duabus condi-  
tionibus intēlligere necesse est, quarū  
Prima est, vt Sacerdos, qui secundo Mis-  
sam celebrat, non solū à cibo ac potu,  
sed à purificatione etiam planè sit ieiun-  
nus. Altera, nō fit alius, qui possit & ve-  
lit dicere Missam. Quanquā Suarez, lo-  
co citato, quasi de omnibus his casibus  
dubitet, propterea quòd S. Pontifices  
plures vna die Missas celebrare conce-  
serint quidem, sed ex causa graui & ne-  
cessaria. Iam verò in dictis casibus, illi-  
us iudicio, nulla videtur subesse causa  
urgens & grauis, solo casu sexto & no-  
no exceptis. Alij tamen cōtrariam sen-  
tentiam tuentur.

*De tempore & loco, quo celebranda  
Missam.*

C A P. XI.

**P**rimum quod hoc capite dubium  
occurrit, est de hora, qua celebra-  
da sit Missa? Ad quod respondet S. Tho-  
mas, q. 83. art. 2. add. 4. non ante surgentem  
auroram inchoari Missam posse.  
horam

horam circiter & mediam ante solis  
ortum, à quo deinceps tempore cele-  
brare licet ad meridiem vsque, secun-  
dum communem Theologorù & Sum-  
mistarum sententiam; cui accedit vni-  
uersalis Ecclesiæ consuetudo. Et præ-  
terquam quòd id tempus, ad tantum  
mysterium debita cum deuotione cele-  
brandum, videatur esse aptissimum, idè  
quoque regulis Missalis confirmatur.  
Ad decretum Telesphori Papæ, qui Mis-  
sam ante Tertiam celebrandum non es-  
se dicit, respondeo, id de Missis solem-  
nibus, quæ cantantur, intelligendù esse.  
Ab hac generali regula Festum Natiui-  
tatis excipitur, quo media nocte Missa  
celebratur. Dubitatur verò hic, an se-  
cunda & tertia quoq; Missa, media no-  
cte possint celebrari; an verò de sola  
prima Missa illud priuilegium conces-  
sum esse intelligatur? Syluester, Ange-  
lus, Summa Armilla, Tabienna, Nauar-  
rus c. 25. n. 87. dicunt solam primam Mis-  
sam media nocte celebrari posse, reli-  
quas autem è vestigio subiungi non  
posse. At Suarez loco citato sect. 4. §.  
Tertiò, tenet rectè duas illas Missas pri-

mam immediatè sequi posse, & ante surgentem auroram celebrari, inchoari verò ante mediam noctem non posse; quia nimium in illo Cap. *Nocte sancta*, dicit Pontifex: Missas celebrèt, unde facilè apparet, non de prima solù Missa, sed de tribus simul loqui Pontificem. Præterea, vbi multi sunt Sacerdotes, & dies duntaxat sex constat horis, quemadmodum in partibus Septentrionalibus, paucissimi sanè ea die tres Missas poterunt celebrare. Adde demum, quòd illa Nox, propter claritatem & lucem Christi, pro die reputetur in Ecclesia.

Dixi, (vsque ad meridiem:) præterquam enim quòd ista sententia à plerisque Doctoribus sit recepta, etiam quodammodo definita esse videtur; cum à Concil. Trid. sess. 22. ordinatum sit, vt Sacerdotes vltra horas illis statutas non celebrent. Et Rubricæ Missalis dicunt: Missas priuatas à tempore surgentis auroræ ad meridiem vsque celebrandas esse. Ergo extra id tempus Missam legere non est permiffum. Quæ celebrandi consuetudo cum vbiq;

obti-

obteneat, certum est sine scandalo illi  
contraueniri non posse. Scio Nauar. in  
Sum. cap. 25. num. 15. & de Oratione cap.  
21. num. 22. Angelum item Rosellam,  
aliosque nonnullos in ea esse sententia,  
vt putent Missam priuatam ante auro-  
ram, & pomeridiano tempore etiam  
duabus post horis celebrari posse; me-  
lioribus tamen innititur fundamen-  
tis, ideoque probabilior ac tutior vi-  
detur esse sententia Gabrielis, Maio-  
ris, Soto, Marcelli, Suarez, & mul-  
torum aliorum, qui omnes vnanimi-  
ter asserunt, surgentis auroræ tempus  
Missis priuatis celebrandis esse præsti-  
tutum ad meridiem vsque. Non tamen  
ideò negatur, ex euidenti aliqua causa,  
Missam aliquando anticipari, aut à me-  
ridie etiam duabus post horis celebrari  
posse, puta si cõmunicandus sit ægrotus,  
in mortis periculo constitutus, aut si in  
die festa concio non ante meridiẽ finia-  
tur, & maxima populi pars Missam nõ-  
dũ audiuerit. Similiter etiã itineris cau-  
sa, quod in die festa faciendũ est, antici-  
pari Missa potest. Dico præterea, quoad  
tempus celebrandi Missam, Episcopum

dispensare posse, non quidem priuilegium vniuersale concedendo, quod solius est Papæ; sed particulare tantum, idque ob causam iustam & euidentem. Demum dico, hoc tempus variari posse per priuilegium à Summo Pontifice concessum, secundum eiusdem priuilegij tenorem.

Quod ad locum attinet, in quo scilicet dicenda est Missa, notandum est, de Iure communi & ordinario, nullibi, præterquam in Ecclesia consecrata, aut loco sacro, & ad hoc particulariter destinato, eam celebrari permissum esse, id quod non solum communi Theologorum consensu, sed multis etiam Canonibus & Concilijs, in quibus id expressum est, comprobatur. Cuius præcepti alia nõ assignatur ratio, quàm quòd ita Sanctæ Matri Ecclesiæ, tam ad reuerentiam tanti Sacrificij, quàm ad maiorem in populo Christiano deuotionem excitandam, expedire visum fuerit.

Secundò notandum est, cum licentia Episcopi etiam extra Ecclesiã celebrari posse, puta in Oratorio aut Capella, in domo priuata, licet ea nõ sit consecrata

vel

vel benedicta, quemadmodum videre est Cap. *Missar. de Consecrat. 1.* vbi dicitur, Missam dici posse, *in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permisserit;* semper tamen subintelligendo, si praeesto sit altare portatile, & reliqua necessaria, sine quibus Missa non potest celebrari.

Tertiò aduertendum est, à Concilio Tridentino Episcopis iniunctum esse, vt ne inter priuatos parietes Missam celebrari permittant, nisi in loco decet, & ab ipsis soli cultui diuino dedicato, ita vt, iuxta S. Cōcil. Trid. Episcopi potestas concedendi licentiam celebrandi Missam in Oratorijs priuatis restricta sit ad ea duntaxat loca, quæ vsibus prophanis non deseruiunt. Suarez disput. 81. sect. 3. §. Secundò, tractat quaestionem hanc, an videlicet Episcopus in casu necessitatis dispensare possit, & licentiam concedere in priuatis etiam aedibus dicendi Missam, in loco, qui diuino cultui non sit deputatus, sed destinatus sit ad vsus priuatos? Et tandem concludit affirmatiuè, propterea quòd Cōcil. Trid. non loquatur de casu necessitatis.

Quartò notandum est, in casu necessitatis Missam dici posse etiam extra Ecclesiam, extra Oratorium, imò etiam in campis; non autem in flumine vel mari, propter periculum effusionis sanguinis, habita scilicet facultate ab Episcopo, si peti còmodè possit; sin minus, sufficit ipsa necessitas, omnibus in eo Theologis & Canonibus consentientibus, ita tamen vt adsit altare portatile, aliaque necessaria. Verb. g. vt exercitus aliquis Missam audiat, multitudinem templo non capiente, in aperto campo, loco aliquo decenti Missa dici potest. Similiter si ad exiguum aliquod Eremitorium nimis magnus fiat populi concursus, tum vt omnes Missam audire possint, foris Missam dicere licebit, idque satius est, quàm si idem Sacerdos eandem intrò sæpius iteret, quod fieri quoque posse, supra ostensum est.

Deinde, vt legitimè dicatur Missa, non sufficit eam dici in Ecclesia, nisi etiam ea non sit violata. Violatur autem Ecclesia: Primò, homicidio voluntario ac iniusto, quod in ea com-

mit-

mittitur, etiam sine sanguinis effusione, puta suffocatione. Secundò, effusione sanguinis humani iniusta, copiosa ac voluntaria. Tertio, effusione seminis humani voluntaria, & quæ publicè in Ecclesia facta sit. Quarto, sepultura hominis Christiani, qui sit excommunicatus, non occultè, sed nominatim affixis schedis, aut alio modo solemni, vel qui manifestus fuerit Clerici percussor. Quintò sepultura pagani, vel infidelis. Quibus connumerantur infantes sine baptismo mortui, nisi fortè adhuc in utero inclusi, vnà cum ipsis matribus sepeliantur. Hi quinque casus, non tantùm de Ecclesijs consecratis, sed & benedictis intelliguntur, item de Cœmeterijs ad modum Ecclesiæ benedictis. Sextò violatur Ecclesia, si incendio vel ruina ita muri collapsi sint, vt de nouo eos ædificare oporteat: tum enim de nouo quoque Ecclesiam consecrari necesse est. Qui tamen sextus casus, non de Ecclesia benedicta, sed consecrata est intelligendus.

Quicūq; igitur celebrauerit in Ecclesia aliquo



aliquo dictorum modorum violata, et si non fiat irregularis, (quia non celebrat in Ecclesia interdicta, iuxta communē Summistarum opinionem) mortaliter tamen peccat, dum in re graui Ecclesie prohibitionem cōtemnit. Dicit. S. Thomas, concedente facultatem Episcopo, in Ecclesia violata, etiam ante reconciliationē Missam celebrari posse. Si enim licentiam dare potest celebrandi in loco non consecrato, etiam id potest in loco non reconciliato, maximē cum concedant Canones celebrare Missam in loco ab Episcopo ordinato, Ecclesia violata non excepta. Ad quam tamen dispensationem, quia lex, in qua dispensatur, Ecclesiastica sit, & magni momenti, Soto (confirmat idem Suarez disp. 81. sect. 4. §. His positis) grauē requiri causam dicit. Sanē dubium non est, quin tāta possit incidere necessitas, vt, negata Episcopi copia, citra eius etiam facultatem, in Ecclesia non recōciliata rectē celebrari possit, cū p̄ceptum Ecclesiasticum tanto rigore nō obliget. Hinc excusantur, qui in partibus Septentrionalibus missam dicunt in locis, vbi h̄re-

tici sepeliuntur; quia videlicet vel adi-  
guntur necessitate, cum alibi celebrare  
commodè non possint; vel quia Episco-  
pi scientes, ijs consentiant ac faculta-  
tem concedunt.

Quærat aliquis: Quid faciendum, si  
dum celebrat Sacerdos, violetur Eccle-  
sia? Respondeo: Quòd si post inchoatum  
Canonem violetur, Sacerdos finire &  
absolvere debet Sacrificiũ iam substan-  
tialiter inchoatum: sin verò Canõ nec-  
dum sit inchoatus, abstinendum est, &  
expectandum, dum recõciliatur Eccle-  
sia, quæ, si duntaxat benedicta sit, ab eo  
ipso Sacerdote aqua lustrali, alijsque  
breuibus coeremonijs quæ in Coeremo-  
niali Ecclesiastico continentur, adhibi-  
tis, poterit reconciliari. Sin verò conse-  
crata sit Ecclesia, tum vel ab Episcopo,  
vel ab alio cũ illius facultate est recon-  
cilianda. Omnia hæc desumpta sunt ex  
cap. *Si Ecclesia, de Consecrat. Eccles. vel  
Altaris, &c. Aqua, &c. Proposuisit.*

Secundò quæritur: Quomodo se ge-  
ret Sacerdos videns Excommunicatum  
aliquem velle Missam audire? Respon-  
deo: Si Excommunicatus iste non sit ex-

communicatus nominatim, nec Clerici percussor, prosequi Missam Sacerdos poterit, etiam Excommunicato ipso assistente. Et si enim in Iure antiquo prohibeatur, ne coram Excommunicatis diuina fiant, ut videre est in Cap. *Is qui, de senten. Excommun.* nihilominus tamen ad duo genera Excommunicatorum est restricta talis prohibitio, eorum scilicet, qui vel nominatim affixis schedis excommunicati, vel publici sunt Clericorum percussores. Cum his communicare non licet; at cum alijs licet: et si enim illi Missam audiendo peccant, quippe quam audire ab Ecclesia prohibetur; non tamen peccat Sacerdos, cum quemlibet Excommunicatum euitare non sit obligatus. Quod si verò Excommunicatus quispiam nominatim sit, aut publicus Clerici percussor, tum, si nondum coepta Missa sit, incipi non debet antequam Excommunicatus ille expellatur. Quod si fieri non possit, intermittenda est: celebrare enim in praesentia Excommunicati, peccatum est mortale: est enim hoc communicare in diuinis, quod ab Ecclesia est prohibitum.

Quod

Quod  
que r  
lit, a  
none  
Miss  
grau  
dum  
affir  
Eccle  
mus,  
opin  
bilis  
disp.  
ptus  
secra  
nicat  
quon  
inter  
vbi n  
cienc  
& ve  
rez.  
rere

Quod si verò inchoata iam Missa sit, neque talis Excommunicatus egredi velit, aut cogi non possit; tum quidam Canone necdum inchoato, abstinendum à Missa existimant. Alij, & ipsi quoque graues Authores, consecratione nondum facta, intermittendam esse Missam affirmant. Circa quàm rem cum certam Ecclesiæ determinationem non habemus, liberum est Sacerdoti vtram velit opinionem sequi: vtraque enim probabilis est, veluti probat Suarez Tomo 5. disp. 12. sect. 1. §. 12. Quòd si verò iam cæptus Canon sit, aut secùdum alios Consecratio, perget Sacerdos dum communicauerit. Quod reliquum est de Missa, quoniam non est de Sacrificij essentia, intermittendum est, aut alio in loco, vbi nullus sit Excommunicatus, perficiendum. Hæc est doctrina communis & vera, cuius Authores citantur à Suarez. Quomodo verò in hoc casu se gerere debeant Audientes Missam, suo loco infra cap. 25. declarabitur.

De

*De Altari, ijsq; rebus, quæ ad Altare, & dicendam Missam sunt necessaria.*

## CAP. XII.

**A**D dicendam Missam non sufficit benedictam aut consecratam esse Ecclesiam, sed imprimis etiam necessarium est, ut Altare, in quo celebranda est Missa, sit consecratum. Idque potest esse vel fixum, vel portatile, quorum utrumque habet lapidem ab Episcopo consecratum, de quo prolixius Suarez disp. 81. sect. 1. Secundo requiruntur mappæ Altaris, quarum in Cap. *Si per negligentiam, de Consecrat. dist. 2.* quatuor requiri dicitur, Corporale scilicet cum tribus alijs. Atque ita servatur in multis Ecclesijs, maximè Religiosorum. Nihilominus tamen consuetudine receptum est, ut præter Corporale duæ tantum mappæ sufficiant, aut una duplex. Ita opinatur Sylvester, Paludanus, Innocentius, & Directorium Curat. contra Angelum, qui sufficere unam affirmat. Has mappas ex lino factas necesse est, non autem requiritur (secundum Suarez) ut sint benedictæ, quanquam benedictas quoque esse

esse sa  
asserit  
tum co  
ne ma  
omni  
morta  
tiam,  
tudini  
cessita  
haben  
conter  
morta

Ter  
etiam  
dictio  
quem  
de Con  
doner  
ni nos  
uolut  
lium,  
ex ali  
tiosio  
parte  
manu  
mitat  
nihil

esse fatius sit, quemadmodum in Missali  
asseritur. Quærat aliquis: Quale pecca-  
tum committit, qui Missam celebrat si-  
nemappis? Respondeo: Planè absque  
omni mappa celebrare, esse peccatum  
mortale, propter euidètem irreueren-  
tiam, Ecclesiæque præcepto ac consue-  
tudinè contrarium. Si quis tamen ex ne-  
cessitate Missam dicat, vnicam mappam  
habens, modò id fiat citra scādalum aut  
contemptum, hunc ego non putarem  
mortaliter delinquere.

Tertia mappa est Corporale, quod  
etiam lineum, & ab Episcopo per bene-  
dictionem consecratum sit, necesse est,  
quemadmodum habetur *Cap. Consultò,  
de Consecra. dist. 1.* propterea, quòd Sin-  
donem repræsentet, cui Corpus Domi-  
ni nostri IESU Christi in sepulcro in-  
uolutum fuit. Et dicit Remensè Conci-  
lium, Corporale non esse contexèdum  
ex alia materia, siue ea vilior, siue pre-  
tiosior sit, quod tamen de media eius  
parte intelligendum esse, Missale Ro-  
manum declarat, non autem de extre-  
mitatibus, quas bysso vel auro exornari  
nihil prohibet. Corporalis consecratio  
siue

siue benedictio durat, quàm diu integrum manet Corporale; si verò rumpatur notabiliter, vel laceretur, ipsam benedictionem perdit. Demum sciendum est, mortale peccatum esse Missam sine Corporali dicere; quia Ecclesie præcepto ac consuetudini est contrarium.

Quartò requiritur Palla, qua operitur Calix. Olim adeo longum erat Corporale, vt vna eius pars esset in altari, in quo erat Calix & Hostia; altera verò eius parte Calix ipse cooperiretur, cuiusmodi Palla etiamnum vètur Carthusiani. Nunc cum in vsu amplius non sit Corporale adeò longum, ad operiendum Calicem *Palla* opus est, quæ ex lino conficitur, & benedici necesse habet, non obstante quòd ex partibus fiat ipsius Corporalis: quia, vt dictum est supra, cum diuiditur Corporale, benedictionem quoque amittit. Pallam ex lino constare debere asserit Innocentius libr. 2. de myst. Miss. cap. 56. Emanuel tamen Rodrigues, in sua Summa p. 1. c. 259. §. 18. in aliquibus locis etiã Pallas ex *rezza*, siue reticulo, aliauc

aliaue materia confectas vsurpare asserit, & quidem à Viris doctis & Religiosis, quæ consuetudo hinc nata est, quòd Pallæ non cõtینگant hostiam consecratam, veluti Corporalia.

Quintò Calix cum Patina requiritur, sine quibus dici Missa non potest, cum necesse sit vinum, quod consecratur, in vase aliquo contineri; Patina verò recipiendis Hostiæ particulis vel fragmentis deseruit, si quæ fortè ex fractione Hostiæ deciderint, vel sanguinis aliqua guttula stillarit; præterquam quòd mysticè Calix nobis sepulchrum Christi, Patina verò lapidem, quo id ipsum tegebatur, repræsentet.

Olim Calix è ligno conficiebatur. Zephyrinus Papa vitreo vti cœpit. Post quem Urbanus vsurpauit argenteum. Hodie Calices ( ad minimum quo ad cupam ) vel ex stanno, propter inopiam; vel ex auro, argenteue fieri consueuerunt. Sanè cæteræ materiæ omnes prohibitæ sunt, vt videre est Cap. *Vasa, C. Vt Calix, de Consecrat. dist. 1.* Idè de Patina est intelligendū. Patinam verò vnà cū Calice ab Episcopo consecratam



tam esse oportet. Vbi notandum, Calicem, si fortè de nouo fit deaurandus, de nouo quoque consecrandum esse: quia aurum, quod allinitur, ipsumque sanguinem contingit, non est cōsecratum. Idem quoque de Patina intelligendum secundum Suarez, disp. 81. sect. 7. §. 6. Alia. Secundò aduertendum est, Calicem, si ita confectus sit, vt cupa ab ipso pede citra ruptionem separari nō possit, tum si dirumpatur, perdere cōsecrationem: sin verò ita factus sit, vt separari à pede cupa possit citra Calicis ruptionē, tum eiusmodi separatione consecrationem non amitti.

Hic dubium occurrit: An scilicet pixidem, in qua reseruatur S. Eucharistia, in vsum Communicationis, consecratam esse oporteat? Paludanus, Soto, Syluester, putant id non esse necesse, cū ea de re nullus extet Canon. Durandus è contrario affirmat necesse esse, formāq; pixidem illam benedicendi in Ordine Romano cōtineri ait. Suarez, vbi supra, Durādi opinionem probabiliorem atq; tutiorem existimat, cui videtur consentire S. Thomas, qui in 3. p. q. 82. art. 3. di-

cit,

est, ob reuerentiam nihil debere cōtingere Sacramentum, nisi quod sit consecratum. Et videtur ea sententia seruanda esse in praxi, nō quod pixis illa oleo sacro cōsecranda sit, veluti Calix & Patina: quia hoc non amplius in more est, sed benedicenda duntaxat ea benedictione, quę in Romano Pontificali continetur. Quanquam nec hinc talis benedictionis necessitas rectē colligi potest, cū in Pontificali multę præterea alię benedictiones non necessarię contineantur, veluti mapparum Altaris, reliquorum vasorum, & similia.

Secundō quæritur; Liceatne Laicis, aut his, qui Sacerdotes non sunt, res cōsecratas aut benedictas celebrādę Missę deseruientes cōtingere. Sanē multi extant Canones prohibentes Laicis, maximē mulieribus, etiam Monialibus, ne res eiusmodi contingant, vt videre est dist. 23. per multa Capita ex Concilijs desumpta, & distinct. de *Consecrat.* Cap. *In Sancta.* Et cap. *Vestimenta*, qui tamen Canones nunc omnes in vſu esse desierunt. Hodie sic seruatur. Primō, quęcunq; non immediatē Corpus Do-  
mini

mini nostri contingunt, neque oleo cōsecrata sunt, à Laicis, & quidem à foeminis contingi possunt: quanquam Syluester verb. *Missæ* 1. q. 2. §. 2. contrarium teneat, verùm citra rationem, cùm consuetudinē illi aduersari videamus: & Cap. illud, *Vestimenta*, quod facit pro illo, non amplius sit in vsu. Deinde de Calice, Patina, & Altari portatili Soto in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. ad 3. dicit, modò id ne fiat cum contemptu, etiam à Laicis citra peccatum contingi posse; aut si peccant, leuissimum esse peccatum. Suarez disput. 81. sect. 8. §. Tertium, dicit, eas res citra legitimam causam & necessitatem moralem contingere, negari non posse, quin sit peccatum veniale, & si quidem fiat cum contemptu, esse mortale. Causa hæc est; quia aliquæ Religiones priuilegium habent, vt eius Religionis Laici Calicem possint contingere. Ergò citra priuilegium à Laicis contingi non potest. Quod de Calice vacuo intelligendum est: si enim in eo sit Sanguis Domini nostri, vix à mortali peccato poterit excusari, qui citra  
causam

causa  
lo Sa  
cono  
danu  
Subd  
potest  
fam,  
Cleri  
dem  
Calic  
fuetu  
cont  
qui su  
ti. Te  
torijs  
est. C  
eo, cu  
natur  
post  
ciri p  
Deo  
Caiet  
sine.  
Sex  
tur in  
celeb  
dum

causam eum contingit; tum enim à solo Sacerdote, aut ad summum à Diacono tractari potest. Ita tenet Paludanus dist. 13. qu. 1. artic. 4. conclus. 2. Subdiaconus verò Calicem contingere potest, & portare ad celebrandam Missam, sed vacuum. Reliquos Minores Clericos quod attinet, in antiquis quidem Canonibus ijs videtur concessum Calicem contingere, vsus verò & consuetudo è contra videtur prohibere, ne contingatur Calix, nisi ab his solùm, qui sunt vel in Sacris, vel priuilegiati. Tertio de Corporalibus & Purificatorijs, idem quod de Calice sentiendum est. Quorum prima lotio fieri debet ab eo, cui ea licet contingere, veluti ordinatur Cap. *Nemo 2. de Consecrat. d. 1.* post hanc etiam à foeminis lauari ac sarciri possunt, maximè si Virgines sint Deo consecratæ, vti etiam arbitratur Caietanus, verb. *Mulierum peccata*, in fine.

Sextò, ad dicendam Missam requiruntur in Altari candelæ; siquidem sine his celebrare mortale peccatum est, secundùm opinionem communè Summistarum,

rum,

rum, & quemadmodum colligitur de *Celebrat. Miss. cap. vlt.* Idem etiam vniuersali ac antiquissima Ecclesie cōsuetudine obtinuit. Candelam autem ceream esse oportet, non sebaccam; vnde si quis, adhibita duntaxat lampade cum oleo, Missam celebraret, peccaret mortaliter contra communem Ecclesie cōsuetudinem, nisi fortè cādela cerea haberetur nequeat. Quo ad numerum candelarum, dicit Iacobus de Graffijs lib. 1. c. 42. num. 1. secundum rigorem præcepti, vnam candelā sufficere; propter decorē tamen, & communem consuetudinem, duæ ad minimum adhiberi debent.

Septimò, Missali opus est. Et quanquā de eo non extat præceptum: nihilominus tamen omnes Summistæ illud ad celebrandam Missam dicunt esse necessarium: quia cū labilis sit memoria, Sacerdos non adhibens Missale, præterquam quòd contra communem Ecclesie consuetudinem peccaret, errandi quoque periculo se exponeret. At quærat aliquis; quale peccatum committat Sacerdos, qui deficiente forte Missali, Missam memoriter tenens, eam dicit

citra

citra M  
Quart  
missur  
torum,  
se celeb  
hic pe  
dicit, q  
iudicio  
Mihi pe  
di aliqu  
cui se e  
li dicer  
latiue  
deatur:  
tet, to  
atque a  
te supe  
adhibe  
mittatu  
bremus  
Och  
Crucifi  
Canon  
dicit, se  
se in C  
Quæ co  
tibus o

citra Missale? Suarez disp. 81. sect. 6. §. Quartò, negat se facilè id cuiquam permisurum, propter authoritatem multorum, qui citra Missale Missam nõ posse celebrari existimant, neque aliam hìc peccati causam assignare posse se dicit, quàm quòd tantorum Doctorum iudicio temerè non sit refragandum. Mihi peccati causa ex periculo omittèdi aliquid ex necessarijs nasci videtur, cui se exponit is, qui Missam sine Missali dicere præsumit. Et quanquam speculatiuè Missa dici citra Missale posse videatur: nihilominus tamen ex praxi patet, tot tantisq; ex varijs accidentibus, atque adeò ex tanti Mysterij sublimitate superuenire turbationes, vt etiam adhibito Missali errores multi committantur. Quid ergo sine si Missali celebremus?

Octauò in Altari requiritur signum Crucifixi, de quo Suarez, vbi supra, nec Canonem, nec Decretum vllum extare dicit, sed constitutum ac ordinatum esse in Coeremonijs ac Regulis Missalis. Quæ consuetudo, etsi à bonis Sacerdotibus obseruetur; non tamen ideo peccatum

catum mortale fuerit, Missam sine illo celebrare, cum de eo nullum extet preceptum, neque res sit tanti momenti; sed quæ obliget duntaxat more reliquorum rituum ac coëremoniarum Missæ.

Nono, tam in Altari, quam reliquis ornamentis, ac vestib<sup>9</sup> Sacerdotalibus, ob tanti Mysterij reuerentiã & decorẽ, debita mundities requiritur, secundum statutum Innocentij III. c. 2. *De custodia Ecclesie*. Caietanus in verbo *Missæ celebratio*, immunditiam in rebus sacris intolerabile peccatum esse dicit, id est, mortale, quemadmodum affirmat Syluester, verbo *Missæ* 1. q. 2. Si tamen immundities non sit vsque adeo enormis, peccatum erit duntaxat veniale.

Decimò demũ necessaria est materia, quæ consecretur, Hostia videlicet & vinũ, de quibus id monuisse sufficiat, Hostiam debere constare ex tritici medulla; debere esse Azimam, hoc est, sine fermento; debere esse integram, neque notabiliter fractam, figuræ rotundæ, & magnitudinis competentis; vinum verò ex vuis, non corruptum, neq; mutatum in acetum.

Hic  
haber  
aliqua  
Missam  
secret  
ficient  
ceptum  
præsur  
lebrar  
prorsu  
non fe  
non sit  
sam di  
propte

Quom

P  
P  
cecc  
cati m  
talis si  
Trid. f  
sibi ip  
tamen  
celebr

Hic

Hic occurrit dubium: An videlicet, si haberi maior Hostia non possit, Hostia aliqua ex minoribus ad celebrandam Missam adhiberi possit? Respondeo, in secreto id fieri posse, maiori Hostia deficiente, cum in contrarium nullum præceptum aut Canon reperiatur: unde præsumendum est, gratius esse Deo celebrare adhibita Hostia minori, quam prorsus non celebrare, etiamsi id fiat die non festa. Dico præterea, si periculum non sit de scandalo, etiam publicè Missam dici posse adhibita Hostia minore, propter rationes iam commemoratas.

*Quomodo se preparare debeat Sacerdos ad celebrandam Missam.*

## CAP. XIII.

Primò necessariū est, vt Sacerdos accedat ad celebrandā Missā citra peccati mortalis conscientia. Si verò mortalis sibi criminis cōsciū sit, iubet Cōc. Trid. sess. 13. cap. 7. eum confiteri, et si sibi ipsi videatur esse contritus. Quòd si tamen ex vrgente aliqua causa Missa celebranda sit, non suppetente occa-



sione confitēdi, doleat de peccatis cum  
firmo proposito se emendandi; ac post  
dictam Missam ilicò confiteatur, vt S.  
Concilij præcepto satisfaciat.

Obseruent hinc Confessarij: Quòd si  
Sacerdotes Missam dicturi ad Cōfessio-  
nem accedant, qui nocte præcedēte car-  
naliter peccauerunt, his Missæ celebra-  
tionem in aliam diem differre iubeant,  
non obstante quòd cum dolore debito  
sint confessi, ac etiam acceperint Ab-  
solutioem, nisi graui aliqua necessita-  
te urgente. Si enim his, qui præcedente  
noctē citra peccatum pollutionem no-  
cturnam passi sunt, vt Communionem  
in alium diem differant, suaderi solet  
propter Sacramenti reuerentiam, nisi  
vel necessitas, vel pietas cōtrarium sua-  
deat; multò magis id fieri debet in his,  
qui voluntariè peccauerunt, & quidem  
maximè, si in eadem peccata relabi sub-  
inde consueuerunt.

Secundò necesse est, vt Sacerdos ab-  
solutè ieiunus sit à tempore mediæ no-  
ctis præcedentis, adeo, vt si quis in pri-  
ma vel secunda Missa Natiuitatis Do-  
mini purificationem sumpserit aut ab-  
lucio

lutione  
quent  
præter  
iunus,  
iam &  
Nihil 7

Tert  
ro requ  
nullum  
rentia  
Hinc ef  
lebranc  
bo cadu  
tes, Cap  
Similit  
de vom  
pam m  
so vel f  
si nimic  
blicè qu  
betur, r

Quart  
tas cele  
miter r  
manæ.  
Christi  
cellent

lutionem, citra mortale peccatum sequentem Missam celebrare non possit, præterquam quòd qui celebrat non ieiunus, secundùm Canones deponi etiam & excommunicari debeat, Cap. *Nihil* 7. q. 1.

Tertiò, talis in Sacerdote celebraturo requiritur dispositio, vt periculum nullum subsit de committenda irreuerentia, aut de Missa non perficienda. Hinc est, quòd per Canones à Missa celebranda prohibeantur Sacerdotes, morbo caduco vel capitis vertigine laborantes, Cap. *Communiter*, 14. dist. & 2. q. 7. Similiter dicendum est, si periculum sit de vomitu. Quòd si verò Sacerdos quispian morbo aliquo laboret contagioso vel formidabili, qualis est lepra, vel si nimio præpediatur timore, tum publicè quidem celebrare Missam prohibetur, non autem in secreto.

Quartò, requiritur intentio & voluntas celebrandi modo debito, & conformiter ritibus Ecclesiæ Catholicæ Romanæ. Quintò, cum nihil in Ecclesia Christi Sacrificio Missæ maius sit ac excellentius, æquissimum etiam, vt ante-

quam Missam incipiat Sacerdos, se pia aliqua oratione ad illam disponat, & ad deuotionem excitet. Ideoque, quam nullum exstet præceptum, quo sub poena peccati mortalis ad dicendas præces aliquas adstringatur, rectissime tamen fecerit, si orationes illas in hunc finem in principio Missalis appositas, recitauerit. Non autem peccabit, si his, (citra contemptum tamen & ob aliquam causam) omissis, alias recitare maluerit.

Quod ad Officiū attinet, dubium hic occurrit, an prius Matutinas recitare teneatur Sacerdos, quam celebret Missam? Multi sunt, qui putant mortaliter peccare, si quis ante recitatas Matutinas Missam dicat. In his est Verneccensis, Paludanus, S. Antoninus, Gabriel, Canus, Angelus, Armilla, Nauarrus, Francolinus, & alij: qui omnes hac nituntur ratione, quod qui secus faciunt, contra communem Ecclesiæ consuetudinem peccant, quæ per modum legis obligat, & quidem in re graui, qualis hæc est, sub poenâ peccati mortalis. Aliorum hæc est sententia. Si nimirum

rum

rum dic  
tinas p  
sam, nu  
fiat sine  
se venia  
in 4. dis  
pariter  
Missæ t.  
nue Sua  
est; qu  
ptum,  
timorta  
xat repe  
citatis M  
cipitur  
commu  
& expe  
tur, an  
recitan  
præcep  
Dein  
est disp  
necessa  
dici M  
iam Ma  
ieiunus  
test; qui

rum dicatur Missa ante recitatas Matutinas propter legitimam aliquam causam, nullum esse peccatum; si verò id fiat sine causa, peccatum duntaxat esse veniale. In hac sententia est Soto in 4. distinct. 13. qu. 2. art. 2. ad quam pariter inclinare videtur Sylvester v. Missa 1. quæst. 6. & tuetur illam strenuè Suarez disp. 82. sect. 1. Ratio hæc est; quia ea de re nullum extat præceptum, quod obligat sub pœna peccati mortalis. In Rubricis Missæ duntaxat reperitur, Missam dicendam esse recitatis Matutinis; verùm nihil ibi præcipitur, sed declaratur tantùm, quid communiter à Sacerdotibus fieri soleat & expediat. Similiter in Missali dicitur, ante Missam orationes aliquas esse recitandas; at consilium illud est, non præceptum.

Deinde, recitatio Matutinarum non est dispositio ad celebrandam Missam necessario requisita, alioquin enim dici Missa non posset, nisi recitatis iam Matutinis, quemadmodum si quis ieiunus non sit, Missam dicere non potest; quia scilicet tale ieiunium dispo-

fitio necessaria fit ad Missam, quod falsum est, cum ex communi omnium sententia, Sacerdoti, qui ob cerebri debilitatem Officium recitare nequit, concedatur nihilominus Missam celebrare. Ad id, quod de consuetudine obijcitur, respondetur, tum demum consuetudinem per modum legis obligare, cum per se & immediatè obseruationem alicuius rei intendit introducere. Iam verò hic ordo, recitandi videlicet Matutinas ante Missam, non immediatè à consuetudine, sed ex vtriusque actionis conditione profuxit. Matutinarum enim recitatio, est Officium nocturnum, atque ordinariè fit de nocte: Missa verò diurna est actio, & celebratur de die. Hinc est, quòd Missa post recitatas Matutinas celebretur.

Verum, vt demus hunc ordinem recitandi Matutinas ante Missam per consuetudinem esse introductum, dico tamen eum transgredi non esse peccatum mortale, quia res est exigui momenti, quippe qua neque cultus diuinus, neque Sacramenti reuerentia vlllo modo imminuitur, neque ex ea nascitur vllum

scand

scandalum; loquimur enim de ijs Matutinis, non quæ in Choro, sed priuatim recitantur. Ergo nõ est peccatum mortale. Præterea Matutinæ maioré habent connexionem ordinis cum alijs Horis Canonicis, quàm cum Missa, cum quibus vnum Officium constituunt; at cū Missa non vnã eandemque rem constituunt, quia duæ sunt diuersæ actiones. Iam si Vesperas legere prius quàm Matutinas non est peccatum mortale, vt omnes affirmant; multò minus peccatum erit mortale, prius Missam dicere, quàm Matutinas.

Demum totum Officium recitare ante Missam, etiam est contra communem consuetudinem Ecclesiæ: & tamen non ideo erit peccatum mortale, si id fiat ob causam aliquam; imò ne veniale quidem peccatum. Idem affirmo de Matutinis.

Totum hoc intelligo de Matutinis priuatim recitandis, & extra Chorum. Si enim loquamur de Choro, dico Summum Sacrum citra graue peccatum celebrari nõ posse ante dictas Matutinas. Ordo enim Ecclesiæ requirit, vt tam

Horæ Canonice in Choro, quàm Missa  
solemnis suo quæque tempore perfici-  
antur, id est, post cataram Primam. Un-  
de eiusmodi Ordinem disturbare & in-  
terrumpere, res est magni momenti; ut-  
pote qua turbaretur cultus diuinus,  
turbaretur Ecclesiæ regimen, & genera-  
retur scandalum in populo, si talia fiant  
citra causam grauem ac euidentem. Est  
enim Officium publicum, ad commune  
bonum institutum.

*De Vestibus sacris, quibus vtuntur Sacer-  
dotes Missam celebrantes, & de  
earum significatione.*

CAP. XIV.

**S**Ex enumerantur propriè Vestiūge-  
nera, quibus Sacerdotes ad celebrā-  
dam Missam ornantur ac vestiuntur:  
*Amictus, scilicet, Alba, Cingulum, Mani-  
pulus, Stola, & Planeta. Superpellicium*  
ideo non pono, quòd non benedicatur,  
neque omnes illud in celebranda Missa  
vsurpēt. Hæ vestes ab Ecclesia ordinatæ  
sunt principaliter ad decorem & orna-  
tum Sacerdotis, in Altari diuinum Mis-  
sæ Sacrificium offerentis: quanquam il-  
larum

larum  
signifi  
ac Ver  
semel  
in ord  
præfer

Qu  
Amictu  
lib. de  
triarch  
design  
debet,  
do; vno  
orat, c  
galeam  
Diabol  
salutis  
Thessa  
fidei, &  
Dicit p  
2. de Sa  
quæ si  
fundit  
re, id e  
re, ad  
bonis

Alba

larum singulæ mysticam quoq; habeant  
significationem. Hæc igitur ornamenta  
ac Vestes, bifariam considerari possunt;  
semel in ordine ad Sacerdotem: deinde  
in ordine ad Christum, à Sacerdote re-  
præsentatum.

Quod ad primum modum attinet,  
*Amictus*, secundam Innocentium III.  
lib. de Myst. Missæ, & in Decretal. ad Pa-  
triarch. Constantinop. fiduciam & spem  
designat, quam in Deum Sacerdos habere  
debet, in diuino hoc Sacrificio offeren-  
do; vnde eum capiti imponens, Dominum  
orat, dicens; *Impone, Domine capiti meo  
galeam salutis, ad expugnandos omnes  
Diabolicos incurfus.* Humerale verò spem  
salutis significare, patet ex S. Paulo 1. ad  
Thessal. cap. 5. vbi dicit: *Induti loriceam  
fidei, & charitatis, & galeam spem salutis.*  
Dicit præterea Hugo de S. Victore lib.  
2. de Sacram. p. 4. illam *Amictus* partem,  
quæ super humeros circumquaque dif-  
funditur, operum fortitudinem designa-  
re, id est, Sacerdotem fortem esse debe-  
re, ad superandas omnes difficultates  
bonis operibus.

*Alba*, cuius mentionem facit Innocentius



II. vbi supra, cordis mūditiem innuit, vnde eam induens dicit Sacerdos: *Dealba me Domine, & munda cor meum, vt in sanguine Agni dealbarus, gaudijs perfruar sempiternis.* Dicit Alcuinus lib. i. de Diuinis Officijs, cap. 18. Albam operire totum corpus Sacerdotis, à capite vsque ad calcem, per quod significatur perseuerantia in bono, quæ ad finem vsque durare debet, secūdum illud Matth. 24. *Qui autem perseuerauerit vsq; ad finem, hic saluus erit.*

*Cingulum*, quod secūdum D. Hieronymum in Psal. 142. lumbos stringit & mortificat, continentiam & castitatem carnis designat, quam habere Sacerdotē decet, vt dignè diuinum hoc Sacrificiū Deo offerat. Hinc se cingens Sacerdos dicit: *Præcinge me Domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis, vt in me remaneat virtus castitatis, & continentie;* tunc enim acceptabilis Sacrificiū iustitiæ. (Psal. 50.) Adiungit Alcuinus, loco supra citato, *Cingulum* non tantum stringere Albam, sed eam etiam retinere, ne defluendo gressum Sacerdotis impediat. Quo prudentia & discre-

discre  
tissim  
modo  
atque  
runt.

M  
quò de  
que co  
penit  
design  
dos or  
ad Alt  
& pop  
cessor  
da. Vn  
dicens  
lum fle  
recipia  
nio co  
logio  
dicend  
litum  
Amala  
24. dic  
ad dem  
Manip  
ac imm

discretio innuitur, qua destituti, deuotissimi etiam quique Viri non offendat modò, sed interdum etiam labuntur, atque ita Deo Sacrificium sine sale offerunt.

*Manipulus*, qui applicatur sinistrae, quò dextera ad faciendas cruces, aliasque coeremonias sit expeditior, veram poenitentiam & cordis compunctionem designat, qua munitus debet esse Sacerdos omni tempore, maximè verò cum ad Altaris mysteriũ accedit, vbi & sua, & populi, pro quo constitutus est intercessor ad Deum, peccata illi sunt deflenda. Vnde induens *Manipulum* Deũ orat, dicens: *Merear Domine portare Manipulum fletus & doloris, vt cum exultatione recipiam mercedem laboris.* De S. Arsenio commemorat Beda in suo Martyrologio 15. Augusti, tam ybertim eum in dicenda Missa lacrymas profundere solitum, vt sudarium lacrymis oppleret. Amalarius lib. 2. de Eccles. Officijs cap. 24. dicit, in sinistra portari *Manipulum* ad demonstrandum huius vitæ tædiũ, & *Manipulũ* esse instar sudarij, quo sordes ac immunditias nostras abstergamus.

*Stola*, quæ iugi in modum collo imposita, crucem in pectore efficit, spontaneam & promptam obedientiam significat in portanda cruce Christi, qua mediante homo in illum se gratiæ & innocentia statû restitutû esse sperat, ex quo primi Parentes inobedientia exciderat. Hinc se *stola* circundans Sacerdos, Dominum precatur dicens: *Redde mihi, Domine, Stolam immortalitatis, quam perdidisti in prauaricatione primi Parentis.*

*Planeta*, secundum Innocentium lib. 1. de Myst. Myss. c. 58. & Rupertus libr. 1. de Diuinis Officijs cap. 22. charitatem interpretatur. Quemadmodum enim charitas præ reliquis omnibus præminet virtutibus, easque protegit ac illustrat: ita etiam hæc vestis cuncta planat, & omnia alia indumenta intra se claudit & continet, certoque quodam modo eas conseruat ac defendit. Secundum alios suaue illud Domini iugum significat, vnde eam induens Sacerdos dicit: *Domine, qui dixisti: Iugum meum suaue est, & onus meum leue: fac ut istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam.*

Nunc

Nunc si eas Vestes in ordine quo ad Christum consideremus, diuersas habent significationes. *Amictus* ergo, dicit Gabriel Iest. u. in Can. velum illud representat, quo iudæi faciem Christi velauerunt, quando irridentes enim dicebant: Prophetiza nobis, quis est qui te percussit? Secundum Bonauenturam verò in exposit. Myst. Missæ, Innocentium, & Rupertum in locis citatis, Christi designat humanitatem, quæ ipsam diuinitatem operit ac regit, veluti *Amictus* caput operit Sacerdotis.

*Camisea* secundum S. Germanum in Theor. rerum Ecclesi. splendorem indicat diuinitatis: secundum Stephanum Heduensem, gloriam resurrectionis: secundum Gabrielem, & Durandum in Rationali libr. 5. cap. 3. vestem illam albam nobis representat, in qua Herodes Christum Dominum ludificauit.

*Cingulum*, dicit S. Germanus loco supra citato, fortitudinem Christi demonstrat, qua vestiuit & præcinxit se. Alij funem istum designare aiunt, quo ligatus fuit Christus.

*Manipu-*

*Manipulus*, secundum S. Bonaventuram, pugnam innuit ac certamen, quod in hac vita Christi humanitas pro iustitia sustinuit. ☉

*Stola*, sicut volunt Rupertus & Innocentius, obedientiam Christi in sustinenda cruce representat. Secundum Bonaventuram verò passionem Christi designat, quam omni tempore in pectore suo portare debet Sacerdos.

*Planeta*, dicit S. Germanus, purpuram illam significat, qua Christum milites induerunt, ut irriderent eum. Secundum alios verò, tunicam illam Christi infutilem representat.

Quod ad materiam harum vestium attinet, certum est ex Patribus, duas earum lineas esse oportere, *Amictum* videlicet, & *Albam*, atque ita quoque universali consuetudine videmus esse receptum: reliquæ verò quatuor indifferenter vel lineæ esse, vel ex bysso confici possunt.

*Forma*, sicut in alijs rebus artificialibus, sic etiam in his vestibus Sacerdotalibus, est figura. Vnde in omnibus formam Ecclesiasticam & consuetam observari

seruari  
vestes  
id, qu  
*Alba* fin  
chis ge  
non est  
Ecclesi  
Quo  
lium a  
se nece  
possun  
prout  
constit  
etsi ea  
oblige  
paupe  
vestes  
rare po  
non m  
rum m  
popul  
deseru  
De  
tiendu  
quo C  
ordina  
potest

seruari necesse est, alioquin non forent vestes Sacerdotales, neque significarent id, quod debent significare. Veluti si *Alba* similis sit *scapulari*, quale Monachis gestare in more est, certum est eam non esse *Albam*; quia nimirum forma Ecclesiasticæ *Albæ* sit destituta.

Quod ad *colorem* vestium Sacerdotalium attinet, *Amictum*, & *Albam* alba esse necesse est, reliquæ coloribus variari possunt, prout habetur in Missali; item prout fieri solitum est in Ecclesijs bene constitutis, pro temporum diuersitate, etsi ea de re præceptum non extet, quod obliget sub poena peccati: vnde multi paupertate excusantur. Qui tamen eas vestes modo iam dicto facere ac præparare possunt, ita facere tenentur: quia non modo ad ornatum, decorem, & rerum mysticarum designationem, sed ad populi quoque deuotionem excitandam deseruiunt.

De *benedictione* earum vestiũ sic sentiendum: Omnes & singulas eo modo, quo Cap. *Vestimenta, de Consecrat.* dist. 1. ordinatum est, benedicendas esse. Qui potestatem habet eas benedicendi, est  
vel

vel Episcopus, vel alius Sacerdos, eo  
 priuilegio donatus. Benedictiones in  
 Pontificali Romano continentur, du-  
 rantque quam diu istę vestes manent in-  
 tegrę, ac formam suam retinēt. Vnde si  
 de *Alba* planē manica auellatur, cer-  
 tum est illam benedictionem amittere,  
 & hinc est, vt dum de nouo manica au-  
 uulsa adfuitur, etiam de nouo illam be-  
 nedicere necesse sit, alioquin in dicen-  
 da Missa vsui esse non potest. Similiter  
 si ita rumpatur *Cingulum*, vt neutra  
 eius parte Sacerdos se pręcingere pos-  
 sit, benedictionem perdit, neque com-  
 modatum vsui esse Sacerdoti potest, ni-  
 si denuo benedicatur. Si verò altera  
 pars ad cingendum sufficiat, iam in ea  
 salua remanebit benedictio. Similiter  
 si dissuatur *Cingulum*, & connodetur  
 antequam prorsus rumpatur, manet  
 benedictio, & *Cingulum* deinceps vsui  
 esse potest. Idem de reliquis sacris ve-  
 stibus est intelligendum. Ita affirmat  
 Paludanus in 4. dist. 13. q. 2. Syluest. verb.  
 Benedictio, quęst. 4. Suarez disp. 83.  
 sect. 2. in fine, & desumpta hęc sunt ex  
 Cap. *Quod in dubijs*, de *Consecrat. Ec-*  
*clesie*

*Stola* vel *Altaris*. Addunt supradicti Auctores, *Stolam* vice *Cinguli* esse posse, cum habeat formam sufficientem ad istum usum. Item *Manipulum*, si longitudinem habeat sufficientem, posse esse loco *Stola*, quia nimirum eandem habent figuram. Notat hic Suarez, illas vestes sacras, quæ duplices sunt, veluti *Stola* & *Planeta*, aliumque intus, alium verò foris colorem habent, si separentur, utramque partem benedictionem retinere, cum utraque illarum tota *Planeta* sit & *Stola*; & vna benedictione benedicantur, tanquam essent duæ *Planetae* ac *Stola*.

In conficiendis hisce vestibus notandum est, commoditatis potius, & periculi, quod ex inconcinna earum forma accidere potest, quam ornatus rationem habendam esse, cum certum sit, quamuis turbationem seu incursum, licet minimum, in tantum Sacerdotem celebrantem perturbare, ut ab attentione & deuotione ad tanti ministerij administrationem requisita, cum alienare facile valeat. Hinc à manicis *Alba*, à *Corporalibus*, & à *Pallis* remouendū  
censeo



cenſeo vltim prælongarum laciniarum ſiue parergorum, quibus ita nonnunquã complicantur & inuoluuntur, vt ſine periculo aliquĩd ſubuertendi, expediri vix poſſint. Nec mihi *Vela* placent adeo longa, tantaque arte elaborata, vt præterquam quòd difficulter à Sacerdote complicantur, ipſam quodammodo velorum formam & nomen amittant. *Planetas* quoque ita fluxas & amplas eſſe incommodum eſt, vt ad cubitum vſque defluentes, Sacerdotem impediãt, quò minus ad formandas Cruces, aliasque coeremonias peragendas, ſit expeditus.

Occurrunt hoc in loco dubia aliqua de ſacris Veſtibus, quorum Primum eſt de neceſſitate, an nimirum ad dicendam Miſſam abſolutè ſint neceſſariæ? Ad quã quæſtionẽ, communem ſecutus Doctõrum & Summiſtarum opinionẽ, reſpondeo, eas tã eſſe neceſſarias, vt ſi quis vna earum deficiente Miſſam celebret, grauiffimè ſit peccaturus, dum ordini & conſuetudini Eccleſiæ repugnat. Vnde *Cap. Eccleſiaſ. diſt. 23.* ſub pœna Excommunicationis conſtitutum eſt, vt Sacerdos in Miſſa vtatur *Stola*; reliquarum  
verò

verò vestium Sacerdotalium eadem est ratio. Idem etiam colligi potest ex Cap. *Vestimenta, de Consecrat. dist. I.*

Secundum dubium est de necessitate benedictionis. Ad quod respondeo, necessariò requiri, vt omnes vestes sint benedictæ, alioquin mortaliter contra ordinem & consuetudinẽ Ecclesiæ peccabitur, vt paulò ante ostensum est. Scotus & Richardus in 4. Sent. distin. 13. dicunt, in aliquibus regionibus morẽ non esse, vt *Cingulum* benedicatur, vnde putant *Cinguli* benedictionem non esse necessariam. Verùm illa sententia secundum Nauarrum in Sum. ca. 25. nu. 84. & Suarez disp. 83. sect. 3. non est satis tuta; quia in Pontificali Romano non minus de *Cinguli*, quàm de reliquarum Vestiu benedictione præcipitur. Ergo si in alijs istis benedictio necessaria est, etiam necessaria erit in *Cingulo*. Vnde per errorem & abusum fieri videtur, quod in ijs regionibus Scotus & Ricardus fieri commemorant, cù in reliquis omnibus alijs etiam *Cingulum* benedicatur.

Caietanus in 1. 2. q. 96. art. 4. negat absque sacris his vestibus, etiam in mortis peri-

peri-

periculo, licitum esse sacrificare, quæ sententia, loco citato, Nauarro nimis dura videtur. Suarez dicto loco astipulatur Caietano, ita tamé, vt omnes Vestes sacras compréhédât. Si enim (moraliter loquendo) Sacerdos quispiam in habitu suo ordinario Missam celebraret, dubiû non est, quin ingens scandalû & irreuerentiã maximã sit commissurus. Subiungit Suarez: Si in casu necessitatis aliquis Missam celebraret absque vna aut altera harum vestium, maximè minorum, puta *Cingulo*, vel *Stola*, Authores esse in ea sententia, peccatum non committi mortale. Similiter etiam à peccato excusabitur, si quis per inadvertentiam, aut memoriæ debilitatem absque aliqua harum vestium Missam celebret.

Tertiò dubitatur, an pedibus nudis celebrari Missa possit? Respondeo, eade re nullum extare Canonem: hoc solum certum est, Sacerdotes olim ante Altare sandalijs vsos fuisse, quæ diuersa erant ab ijs, quibus Episcopi vtuntur, vt notat Alcuinus lib. de Diuinis Officijs, cap. de vest. sac. Dico deinde, iuxta

com-

communem consuetudinem, calceatis, non verò nudis pedibus Missam esse celebrandam, decore quoque ac honestate id ipsum exigente. In qua sententia quoque sunt Syluester, Scotus, Richardus, & Suarez.

Quartò quæritur, an peccet, qui operato capite Missam celebrat? Respondeo peccare, idq; prohibitum esse à Zacharia Papa, Cap. *Nullus, de Consecrat. dist. 1.* ubi priuatur Communionem, si quis contrarium facere præsumat; vnde citra dispensationem aperto capite celebrare, peccatum est. Nihilominus tamen, secundum Syluestrum, verb. *Missæ, 1. q. 2. §. 1.* & Suarez disp. 83. sect. 3. sub finē, non erit graue peccatum, si quis vel ob infirmitatem, vel aliam causam necessariam aperto capite sacrificet, maximè si dispensationem commodè petere nō possit. Vnde in Cap. illo dicitur: *Qui temerè præsumpserit*, quod intelligi de eo nō potest, qui infirmitatis causa id fecerit, præsertim si id semel, aut bis duntaxat fiat. Sed neq; sic palam quidem, verum in secreto solummodò aperto capite celebrari fas est.

*De Ritibus S. Missæ, qui consistunt in  
verbis eius.*

GA P. XV.

**H**IC præsupponendum est, omnia illa, quæ à S. Ecclesia huic Sacrificio Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi, ab ipso Christo instituto, adiuncta sunt, piè sancteque esse ordinata. Ita affirmat Conc. Trid. sess. 22. c. 4. & 6. & can. 5. 6. 20. Vnde à nonnullis Missa Institutio Diuina appellatur, non quòd tota instituta sit à Christo immediatè, quemadmodum supra Cap. 3. diximus, sed quia substantia eius ab ipso Christo immediatè sit instituta; reliqua verò omnia adiuncta ab Ecclesia, per potestatem à Christo Apostolis, & successoribus eorum Pontificibus concessam, quemadmodum id declarat S. Conc. Trident. sess. 21. c. 2. ita, vt ea etiam, quæ adiuncta sunt, nihilominus à Christo instituta censeantur, quamuis mediatè. Deinde etiam dici potest, quicquid adiunctum est, per Spiritum Sanctum Ecclesiæ esse inspiratû; vnde rectè Missam Institutionem esse Diuinam asseuerari potest.

potest. I  
cum de  
cere pa  
non sit  
ab ipso  
Iam e  
ex ordin  
recitane  
aliæ ad  
structio  
ad exci  
aliæ ad  
ria; aliæ  
tiam di  
singular  
tur.  
Primè  
cto sign  
Iudica m  
cipuè fla  
esse veli  
illi, ac v  
introire  
sanctum  
Secur  
Sacerdo  
circumf

potest. Hinc facile est colligere, quanta cum deuotione ac reuerentia Missam dicere pariter ac audire conueniat, cum non sit res ab hominibus inuenta, sed ab ipso Spiritu sancto inspirata.

Iam earum Orationum, quæ in Missa ex ordinatione ac institutione Ecclesiæ recitantur, nonnullæ ad laudem Dei, aliæ ad gratiarum actiones, aliæ ad instructionem populi in rebus fidei, aliæ ad excitandam deuotionem fidelium, aliæ ad præsentanda Deo nostra desideria; aliæ denique ad implorandam gratiam diuinam, (vt ex consideratione singularum patebit prolixius) diriguntur.

Primò, Sacerdos ad pedem altaris, facto signo Crucis, Psalmum recitat 42. *Judica me Deus, & c.* quo duo à Deo precipuè flagitat. Primò, vt protector suus esse velit ac defensor; deinde, vt lumen illi, ac veram sanctitatem cõcedat, quò introire ad altare Domini, atque dignè sanctum hoc Sacrificium offerre possit.

Secundò, sequitur peccatorum, non Sacerdotis duntaxat, sed etiam populi circumstantis Cõfessio, quæ à Damaso, aut

aut (vt alij volunt) à Pontiano Papa fuit instituta vt per eam, tam Sacerdos, quàm populus, ad impetrandam à Deo peccatorum suorum veniam, hoc mediante Sacrificio, disponderetur, cum nihil sit, quod diuinam gratiam impediatur, ac peccatū, quod ex superbia nascitur: è contrario verò nihil adeo efficaciter Deum ad misericordiam & peccatorum remissionem nobis largiendam commoueat, quàm sui ipsius accusatio, ex humilitate proueniens. Vnde Proverb. c. 18. dicitur: *Iustus in principio accusator est sui.*

Hinc tertio loco sequitur *Introitus ad Missam*, in quo temporibus Apostolorum, dum Sacerdos accederet ad Altare, à Choro Psalmi nonnulli decantabantur, quemadmodum S. Dionysius c. 3. de Eccles. Hierarch. notat, quo cantu SS. Patrum in Limbo desideria designabantur, quibus Christi aduentum expectabant. Celestinus Papa postea, secundum Alcuinum, compendiosè ad eam quam nunc habemus formam reduxit.

Quartò sequitur *Kyrie & Christe elei-*  
son,

son, qu  
dita son  
serere.  
in confe  
Trinitat  
scilicet  
secundò  
toties ac  
contra  
pronunt  
culpam,  
tius, lib.  
nouem p  
Inde c  
Gloria in  
lis, parti  
Capit h  
tempore  
Damafus  
plenus e  
actionum  
sit gloria  
hunc Hy  
luctuosus  
similibus  
Sextò,  
ticur ad p

Quæ verba Græca sunt, Latinè reddita sonāt, *Domine miserere, Christe miserere.* Decantantur illa verba nouies in confessionem & laudem sanctissimæ Trinitatis, secūdum S. Thomam. Primò scilicet, ter illa dirigendo ad Patrem; secundo, ter ad Filium; tertio denique, toties ad Spiritum Sanctum: vel certè contra tres humani generis miseras pronuntiantur, ignorantiam scilicet, culpam, & pœnam: quãquam Innocentius, lib. 2. de Myst. Missæ, ea applicet ad nouem peccatorum genera.

Inde quinto loco subditur Hymnus: *Gloria in excelsis Deo*, partim ab Angelis, partim verò ab Ecclesia compositus. Cæpit hic Hymnus in Missa decantari tempore Thelesphori Papæ, vt scribit Damascus in Pontificali c. 9. qui Hymnus plenus est, laudis diuinæ & gratiarum actionum. Et quia in eo præcipuè mêtio sit gloriæ cælestis, ideo dicit S. Thomas, hunc Hymnum non recitari in Missis luctuosis Defunctorum, Ieiuniorum, & similibus.

Sextò, hoc Hymno absoluto, conuertitur ad populum Sacerdos, eumque his

G 2

verbis



verbis salutatur: *Dominus vobiscum*, quam salutationem Bracarense Concilium 2. cap. 21. ab ipsis institutam esse Apostolis affirmat. Episcopi tamē loco horum verborum, *Dominus vobiscum*, prima vice dicunt: *Pax vobis*, propterea quod ista verba prima sint, quæ post Resurrectionem Christus Dominus ad Apostolos suos protulerit. Vnde admirabile illud miraculum de S. Chrystostomo, cuius meminit Nicephorus lib. 14. Hist. sue Eccles. c. 43. dicens: S. Episcopi Chrystomi iam defuncti corpus, cum à Proclo Patriarcha in thronum, siue sedem Episcopalem esset collocatum, illique populus, *cape S. Pastor, cape sedem tuam*, acclamaret, respondisse: *Pax vobis*. Quod deinde minister sub persona populi respondet: *Et cum spiritu tuo*, antiquissimis quoque temporibus in Ecclesia usurpatum fuisse legitur.

Septimo loco sequitur *Collecta*, sic dicta, quod à populo dicatur in vnum collecta; aut, quemadmodum vult Hugo de S. Victore, lib. de Off. Eccles. c. 10. quia preces omnium simul collecta contineat; aut etiam, secundum aliorum

rum sententiam collectam  
tium collectam  
de Sacerdotibus  
cat, Oratio  
populorum  
mentem  
Chrystostomus  
simul sit  
Nonnumquam  
(Flectantur  
quo signum  
in lib. de  
dem peccatorum  
ram, C  
iterum est  
Nume  
net, in  
vna, in al  
etiam qu  
rum num  
vt plurim  
Per Dom  
Filius tu  
à Patre  
gratiam  
cunque p  
dabit vob

rum

rum sententiam, quod animos audientium colligat, & ad Deum excitet. Unde Sacerdos, antequam Collectam dicat, *Oremus* inquit, inuitis nimirum populum ad eleuandam illa oratione mentem ad Deum, quæ, secundum S. Chrysostomum Hom. 16. in 2. ad Corin. simul fit à Populo, & ab ipso Sacerdote. Nonnunquam ante Orationem dicitur (*Flectamus genua,*) & subito (*Leuate,*) quo significatur, secundum S. Basilium, in lib. de Spiritu sancto, c. 26. quod quidem peccatum nos deprimat ad terram, Christi verò benignitas & gratia iterum erigat.

Numerum Collectarum quod attinet, in Festis solemnioribus vsurpatur vna, in alijs tres recitantur, nonnunquam etiam quinque & septem, quem numerum nunquam solent excedere, quæ hac vt plurimum formula concluduntur: *Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, per quem, ceu Mediatorem, à Patre coelesti diuinam consequimur gratiam, secundum illud Ioan. 16. Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Oratione finita Populus respondet

spondet *Amen*, quæ vox interdum significat, *Ita est*, & *in veritate*, quo sensu sæpè Christus dicit, *Amen dico vobis*, id est, in veritate: Interdum verò consensum significat, & idem est, ac si dicas: *Ita sit*, aut, *Ita fiat*, quo sensu posteriore in Orationibus aut Collectis accipitur, ut exponit S. Hieronymus Epist. 134. S. Bernard. Serm. 7. in Cæna Domini, & alij.

Octauò legitur *Epistola*, ex veteri, vel nouo Testamento desumpta, cuius cum nono Canone Apostolorum mentio fiat, videtur hinc, veluti ex indicio maximè probabili, colligi posse, consuetudinem illam legendi *Epistolam* longè esse antiquissimam. Dicit Innocentius, libr. 2. de Myst. Myst. c. 29. *Epistolam* respectu Euangelij, quasi vice fungi Præcursoris, & hinc est, quòd ante ipsum Euangelium legatur. Adiungit Rupertus, libr. 1. de Offi. Eccl. c. 32. *Epistolas*, ut plurimum, doctrinas continere morales, quæ cum ad Euangelij mysteria nos disponunt, rectè illud ipsum præcedunt, uti scilicet Christum Dominum S. Ioannes Baptista præcessit.

Nonò

Non  
tuli co  
asperio  
tandam  
Festum  
nulli ex  
cantaba  
nomen  
hitur, q  
ficat, q  
rò verfi  
in long  
dicti fu  
ria & æ  
illud P  
meus pr  
test per  
Patri in  
aduent  
stis post  
Sequēti  
Nicola  
De his v  
in Ratic  
Deci  
Bona nu  
à Sacer

Nonò, post Epistolam lectam, versiculi communiter aliqui recitantur; vel asperi & graues, ad pœnitentiam excitandam; vel hilares ac iucundi, propter Festum, quod celebratur. Et quia nonnulli ex his versiculis ad gradus Altaris cantabantur, hinc cantus ille *Gradualis* nomen adeptus est. In Festis *Alleluia* canitur, quæ lætitiæ vox est, & idem significat, quod *Laudate Dominum*. Isti porò versiculi, qui aspera voce & verbis in longum tractis cantabantur, *Tractus* dicti sunt, quibus præsentis vitæ miseriæ & ærumnæ designabantur, secundùm illud *Psalmi. 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est*. Significari etiam potest per istos versiculos expectatio SS. Patrû in Limbo, Christi & Euangelij aduentum expectantium. Aliquibus Festis post versiculos *Prosa* recitatur, vel *Sequētia*, quæ cantio est hilaritatis, quâ Nicolaus Papa in Missa cantari cõcessit. De his versiculis prolixè agit Durandus in *Ration. Diuinorum Offic. c. 19. lib. 4.*

Decimò sequitur *Euangelium*, Latine Bona nuntiatio; siue lætû nütium, quòd à sacerdote stante sinistrum versus, qui

peccatorum locus est, legitur: vt significetur, Christum vocare peccatores ad pœnitentiam, & lucem gratiæ. Hoc antequam nunciare incipiat, salutat populum Sacerdos, dicendo: *Dominus vobiscum*, quò cum attentiōe verbum Dei auscultet. Anastasius Papa ordinavit, vt audiretur Euangelium stando, non sedendo, veluti refertur C. *Apostolica, de Consecrat. dist. 1.* ad significandam scilicet promptitudinem, quam vnusquisq; habere debet in exequendis omnibus ijs, quæ in Euangelio nobis præcipiuntur; aut sanè vnumquemq; paratum esse debere ad defendendam fidem & veritatē Euangelicam. Vnde Imperatore audiente Missam, etiamnum moris est, vt dum legitur Euangelium, manu aliquis enssem teneat euaginatam, ad Euangelij nimirum defensionem. In aliquibus regionibus consuetudinis est, vt audiētes Euangelium, pallium deponant, quo significatur, omnia potius bona temporalia deserenda esse, quam Euāgelium, secundum illud. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Matth. 19. Finito Euangelio populus dicit: *Gloria tibi Do-*

*mine,*

*mine,*  
Ob let  
gelij  
gloria

Vn  
diatē fi  
ad fide  
sequitu  
quasi o  
de crec  
sue Sy  
sensim  
mirum  
modo f  
nihil a  
breuis  
sus, de  
dis nos  
*Symbol*  
gnum  
collect  
ab inui  
candun  
mundu  
articul  
bolum  
breue a

mine, aut: *Laus tibi Christe*, quasi dicat:  
Ob letum hoc nuntium, & lucē S. Euan-  
gelij nobis propositam, Tuæ Maiestati  
gloriam & laudem omnem deferimus.

Vndecimò, post Euangelium imme-  
diatè subiungitur *Credo*, siue, *Symbolum*,  
ad fidem, quæ Euangelij prædicationem  
sequitur, significandam, & est quædam  
quasi oris confessio Euāgelij, quod cor-  
de creditur. Hinc olim populus *Credo*,  
siue *Symbolum*, à Sacerdote alta voce &  
sensim pronuntiatum, repetebat, vt ni-  
mirum omnes id discerent, atque hoc  
modo fidem suam profiterentur; cū  
nihil aliud sit *Credo*, quàm fidei nostræ  
breuis Summa ac Compēdium. Ambro-  
sius, de velandis Virginibus, *Credo* cor-  
dis nostri signaculum appellat: Græci  
*Symbolum* vocant, quod Latinè sonat si-  
gnum, siue quid ex multis particulis  
collectum. Apostoli enim, antequam  
ab inuicem separarentur, & ad prædi-  
candum Euangelium per vniuersum  
mundum iter instituerēt, singuli vnum  
articulum proponētes, *Credo* siue *Sym-  
bolum* composuerunt. Quod *Symbolum*,  
breue ac compendiosum, olim in Missa

proponeretur, referente Dionys. de Eccles. Hierarch. c. 3. Postea in Concilio Nicæno aliud Symbolum compositum fuit, quod iussu Marci Papæ in Missa usurpatum fuit, ad Arrianæ hæreseos confutationem. Inde Papa Damasus Symbolum Constantinopolitanum in Missa dici ordinavit, quo etiam nunc hoc tempore utimur, in quo per adiectionem verbi (*Filioq;*) contra Græcorum errorem, sanctissimæ Trinitatis mysterium apertius aliquanto explicatur, veluti supra Cap. 2. dictum est. S. Augustinus lib. 50. Homil. Hom. 42. dicit: *Credo*, siue *Symbolum* fidei, non semel, sed aliquoties de die recitandum esse.

Duodecimò, Symbolo finito, denuo Populum salutatur Sacerdos, dicendo: *Dominus vobiscum*, eumq; ad orandum inuitat, dum inquit: *Oremus*, ut scilicet unusquisq; disponat se ad dignè offerendum. Versiculus iste, qui à Sacerdote recitatur, aut à Choro cantatur, *Offertoriū* dicitur, quòd oblatio eo tempore à populo fieri solet, quam recipit Sacerdos. Deinde Hostiam & vinum consecrandum Sacerdos offert Deo, secreto oratio-

oratio  
rum a  
terior  
sint, f  
ni nos  
ant. A  
pus ill  
plus p  
sed sec  
ann. 18

De  
dos, re  
ter imm  
hoc off  
esse à g  
se imm  
quoque  
Christi  
lotus es  
Deinde  
liquas  
tet nob  
in hor  
stem p  
Innoc  
60. & R  
cijs.

orationes aliquas recitando, quò nimirum astantes maiori cum deuotione interiorè Deo oblationem perficere possint, secumq; Passionem Christi Domini nostri meditari ac ruminare incipiant. Ac tum quidem representatur tempus illud, quando Christus, nõ iam amplius palam apud Iudæos ambulabat, sed secretus cum discipulis latuit, Ioann. 11.

Decimotertiò, manus abluunt Sacerdos, recitandi Psalmum 25. *Lauabo inter innocentes manus meas*; innuens, ad hoc offerendum Sacrificium, non satis esse à grauioribus duntaxat peccatis esse immunem ac mundum; sed leuiora quoque peccata esse deponenda, quod Christus insinuat, cum Petro dicit: *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet.* Deinde iterum in secreto Orationes aliquas recitat Sacerdos, quo repræsentet nobis Christum, ante Passionem suã in horto secreto ad Patrem suum cælestem preces effudentem, veluti notat Innocentius libr. 2. de Instit. Missæ cap. 60. & Rupertus libr. 2. de Diuinis Officijs.



Decimoquartò sequitur *Præfatio*, quæ nihil aliud est, quàm quasi præludium aliquod, ad modum Hymni compositum, aptissimum ad præparandas astantium mentes ad futurum Sacrificium, quos inuitat Sacerdos, vt eleuatis sursum animis, Angelorum se cœtibus coniungant, ad cantandas laudes & gratiarum actiones Diuinæ Maiestati, pro summis beneficijs ac cœlestibus donis, quæ à manu eius continuò recipimus. Hanc Præfationem à Papa Gelasio nonnulli institutam volunt; alij Sixto I. alij deniq; Apostolis eam adscribunt.

Decimoquintò inchoatur Canon Missæ his verbis; *Te igitur clementissime Pater.* Canon Regulam significat, & formam in Diuino hoc Sacrificio obseruandam: quamuis Isidorus, libr. 1. de Officijs, Canonem appellet ordinem Missæ, vbi dicit, Canonem ab ipso S. Petro habere exordium, postea verò à sequentibus Pontificibus auctum. Verba Canonis vltimò adiuncta sunt hæc: *Diesq; nostros in tua pace disponas,* adscribunturque Gregorio I. Vnde secundum Suarez disput. 83. sect. 2. §. Secundo; iã ab octingentis

gentis  
adiun  
Trid.  
Eccles  
Dicit p  
Canon  
ipsum  
guntur  
ter nos  
rum, &  
in Can  
guis D  
sub vtr  
dote co  
gno ho  
in Eccl  
Dec  
summa  
lus, qu  
quod t  
uissent  
Psalm.  
tempo  
iste ad  
firmus: c  
est. Don  
versicu

gentis annis nihil quicquam Canon  
adiunctum fuit, cui astipulatur Concil.  
Trid. sess. 22. c. 4. vbi dicit: Canonem ab  
Ecclesia institutum multis ante sæculis.  
Dicit præterea illud ipsum Concilium,  
Canonem constare ex verbis, partim  
ipsius Christi Domini, per quæ intelli-  
guntur verba Consecrationis; item *Pa-  
ter noster*, &c. partim verò Apostolo-  
rum, & aliorum Pontificum. Demum  
in Canone consecratur Corpus & San-  
guis Domini nostri Iesu Christi, item  
sub vtraq; specie recipitur, & à Sacer-  
dote consumitur. Hinc est, quòd in ma-  
gno honore semper habitus est Canon  
in Ecclesia Christi.

Decimosextò, finito Canone, & con-  
summato Sacrificio, recitatur versicu-  
lus, qui dicitur *Communio*, propterea  
quòd tum fideles communicare cõsue-  
uissent, cum quo simul cantabatur olim  
Psalm. 33. *Benedicam Dominum in omni  
tempore*, in quo continetur versiculus  
iste ad Communionem accommodatissi-  
mus: *Gustate, & videte, quoniam suavis  
est Dominus*. Hodie diuersi recitantur  
versiculi, quandoquidem non semper

communicatur, nomine interim Communionis remanente.

Decimoseptimò sequitur *Dominus vobiscum*, cum *Oratione*, vel *Collecta* vna, vel pluribus conformiter Rubricis, quibus, vt plurimum, gratiarum actio continetur.

Decimooctauò denuo salutatur Populus his verbis: *Dominus vobiscum*, simulque dimittitur. In qua populi dimissione olim dici solebat: *Ite in pace*, hodie dicitur: vel, *Ite Missa est*, puta in Festis; de quibus dictum est Cap. I. vel, *Benedicamus Domino*, puta in Ferijs; vel, *Requiescant in pace*, puta in Missis pro defunctis. Populus verò non prius discedit, neque discedere debet, quàm acceperit benedictionem, vt constitutum est Cap. Conuenit, de Consecr. dist. 5.

Decimononò, Sacerdos, antequàm benedictionem det astantibus, secretò recitat hanc Orationem: *Placeat tibi, &c.* qua Oratione sanctissimam orat Trinitatem, vt litationem peractam ita acceptam ferat, patiaturque eam ipsam prodesse tam Sacerdoti, quàm omnibus, pro quibus est facta. Atque ita tandem

dem

dem p  
licet n  
dedit  
meret

Vig  
citur B  
erat Ve  
videtur  
tio fiat  
crificij  
omniu  
clesia,  
in eod  
caro fa  
est om  
quibus  
Ideoq;  
respon

De Rit

Hic  
nia  
rentia  
tutas, v  
vestit,

dem populo benedicat, repræsentâs scilicet nobis benedictione Christi, quam dedit discipulis suis, cùm ab illis assumeretur in cælum, Luca 24.

Vigesimo demum, & ultimo loco, dicitur Euangelium S. Ioannis, *In principio erat Verbum*. Conuenire enim maxime videtur, vt tanto Sacrificio finito, mentio fiat eius, qui origo fuit cùm eius Sacrificij, tum verò reliquorum donorum omnium cælestium, quotquot habet Ecclesia, hoc est, Verbi incarnati, de quo in eodem Euangelio dicitur: *Et Verbum caro factum est*, scilicet Christus, qui fons est omnium bonorum spiritualium, de quibus laus & honor debetur Domino. Ideoq; Minister nomine totius populi respondet: *Gloria tibi Domine*.

*De Ritibus S. Missæ, qui consistunt in actionibus & Cæremonijs eius.*

## CAP. XVI.

**H**ic notandum est aliquas Cæremónias ab Ecclesia ad decorè & reuerentiã diuini huius Sacrificij esse institutas, veluti cùm Sacerdos, antequam se vestit, manus abluit; cùm veniens ex  
Sacrì-

Sacristia ad Altare, demissis in terram oculis, cum gravitate quadam & modestia progreditur. Hæ, & similes actiones ad honestatem & decorem pertinent, & sunt veluti dispositio quædam ad celebrationem cum deuotione & populi ædificatione perficiendam. Similiter quòd Sacerdos, quando dextra manu se signat, sinistram pectori admotâ tenet; item quòd benedicens Hostiam & Calicem, sinistram supra Altari positam habet, ideo institutum est, quòd sic decorum, & tanti Sacrificij dignitati congruum esse videatur. Sunt præterea aliæ Coeremoniæ ideo institutæ, quòd conformes sint verbis, quæ dicuntur, veluti cum Sacerdos pectus percutit, dicens; (scilicet in Confiteor) *mea culpa, mea culpa*: in idem enim recidit, dicere, *mea culpa*, & pectus suum percutere, quod signum est peccatoris. Similiter quando Sacerdos manus leuat, dicens: *Sursum corda*: sunt enim hæ actiones verbis planè similes & accommodatæ, quibus monemur, mentes quoque nostras ad Deum erigere, & de peccatis commissis dolere.

Nota

Nota  
nias p  
noradu  
offertu  
clinati  
enim n  
sed ext  
su ad  
rò in h  
dignit  
lere di  
Al  
funt ad  
ad cele  
les fun  
fixi, of  
demur  
dirigu  
Sacerd  
quò aff  
sti Dor  
cerdos  
sum di  
cum te  
xis gen  
Nor  
stituta

Nota deinde aliquas Missæ Cæremonias principaliter ad adorandum & honorandum Deum (cui Sacrificium ipsum offertur) esse institutas, Quales sunt inclinationes, & flexiones genuum: Deū enim non solum intrinsicus in animo, sed extrinsecus quoq; ipso corporis gestu adorare obligati sumus; maximè verò in hoc Sacrificio, quo ad tantæ nos dignitatis & honoris fastigium extollere dignatus est,

Aliæ porrò Cæremoniæ ordinatæ sunt ad reuerentiam earum rerum, quæ ad celebrandam Missam deseruiūt, quales sunt, inclinatio coram signo Crucifixi, osculatio Altaris, ac Patinæ. Aliæ demum ad reuerentiā & adorationem diriguntur ipsius Sacramenti, vt cum Sacerdos Hostiam & Calicem eleuat, quò astantes Corpus & Sanguinē Christi Domini adorent. Item, quando Sacerdos, dicens: *Agnus Dei; & Domine non sum dignus*, pectus suum percutit: item, cum toties ante communicationem flexis genibus Dominum adorat.

Nota tertio, aliquas Cæremonias institutas esse particulariter ad certarum rerum

rerū significationes, veluti cūm Sacerdos ante consecrationē, sublati ad cęli oculis ac manibus, Deo offert panem & vinum, quo significat, se nos quoque invitare, vt secū nos ipsos Deo etiam offeramus. Similiter pectus suum percutiēdo, significat hominem peccatorem esse & opus habere misericordia Dei. Osculum quoque, quod in Missa antiquitus sibi inuicem dare moris erat, postquam scilicet Sacerdos dixerat: *Pax tecum*, populi beneuolentiam & vnionē significat. De qua Cæremonia dicit Clemens lib. 8. Const. c. 11. ad euitandā lasciuiam, ordinatum postmodum fuisse, vt Viri ac Mulieres seorsim sese inuicē oscularentur; hodie, quia creuit malitia, refrixit autem charitas, tabella osculatoria porrigitur, in qua imaginem aliquam deosculari solemus. Qua de re prolixius Gab. Biel, lect. 81. in Canon.

Huc refertur diuisio Hostiæ cōsecratæ, quæ secundū S. Thomam in 3. q. 83. art. 5. ad 7. tres designat diuisiones siue separationes. Prima est animæ à corpore Christi separatio; secunda est distinctio statuum corporis Christi mystici;

tertia

tertia  
ex Ch  
hæc de  
Hierar  
tam ad  
catur  
verò in  
cūm fr  
gitur  
grum p  
etli Ch  
rit di  
eiusde  
fisse.

Ho  
impon  
9. eos  
Christ  
ant qu  
tudine  
verò,  
nem, v  
In solu  
Circ  
cerdot  
re pote  
nis Ch

tertia demum est diuifio gratiarum, quæ ex Christi paffione promanant. Omnia hæc defumpta funt ex Dionyf. de Eccl. Hierarch. cap. 3. S. Chryfoftomus quartam adiungit diuifionem, qua fignificatur debilitas & diuifio carnis, Christi verò integritas, & dicit: Quemadmodum cum frangitur Hoftia, non etiam frangitur Corpus Domini noftri, fed integrum permanet: ita etiam in Paffione, etfi Christi caro multis vulneribus fuerit dilacerata; nihilominus tamen eufdem virtutem integram permaniffie.

Hoftiæ illa particula, quæ Calici imponitur, vti dicit S. Thom. in refp. ad 9. eos fignificare potefit, qui in hac vita Christi paffionis participes efficiuntur, aut quorum corpora cælefti iam beatitudine perfruuntur; fecundum alios verò, Christi fignificat Refurrexionem, vti notat Suarez difp. 8. fecl. 1. §. In folutione.

Circa multas illas Cruces; quæ à Sacerdote formantur in Miffa, dici in genere potefit, eas nobis memoriam Paffionis Christi inculcare, quæ cum ad imperandam



trandam à Deo gratiam; tum verò maximum, ad custodiendam animam, & propulsandum Diabolum, adfert adiumentum. Micrologus cap. 14. Cruces in Missa semper dispari fieri numero notat: vel vnā, propter vnitatem Diuinę Essentię; vel tres, propter tres in Deitate Personas; vel quinque, ad quinque; scilicet illa Christi Domini nostri vulnera designanda.

Circa ea, quę tam in hoc, quàm præcedenti Capite dicta sunt, scrupuli aliqui sese ingerunt, quorum primus hic est, quòd minus rectè videatur fecisse Ecclesia, has Cæremonias instituendo: cùm enim minutę sint ac multę, fatius videbatur illas arbitrio & deuotione cuiusque Sacerdotis relinquere: idem quoque de tam multis Orationibus ac versiculis dici potest. Respõdeo, Ecclesiam sanctissimè prudentissimeque fecisse, non solùm ea, quę dicenda in Missa sunt, sed etiam Cæremonias determinando. Si enim eas singulorum arbitrio reliquisset, tanta fuisset secutura Cæremoniarum ac Orationum varietas, vt maximę confusionis simul, ac  
tædij

tædij potius, quàm deuotionis præbuis-  
sent occasionem, utpote quarum mul-  
tæ indecentes, ac à proposito alienæ  
fuiſſent futuræ. Deinde, etſi quidem mi-  
nutæ ſint Cæremoniæ Miſſæ; nihilomi-  
nustamen, ſi cum debita ſiant grauitate  
& vniformitate, mirum quàm in ijs Ec-  
cleſiæ ordo, concordia, & ſollicitudo  
in omnibus ijs, quæ pertinent ad glo-  
rioſi huius Sacrificij administrationem,  
eluceſcat; quod ſanè multum momenti  
habet, ad augendum Eccleſiæ decorem  
& populi deuotionem.

Secundò quæritur: An Sacerdos in  
dicenda Miſſa ritus in Miſſali præſcri-  
ptos obſeruare ſit obligatus? Reſpōdeo  
obligatum eſſe. Expresſè enim S. Con-  
cil. Trid. ſeſſ. 22. ordinauit, ut in Miſſam  
ritus nulli noui intrōducantur, neque  
aliæ adhibeantur Cæremoniæ, aut aliæ  
preces dicantur, præterquam quæ ab  
Eccleſia uſurpantur, & approbatæ ſunt.  
Pius V. in principio Miſſalis ſerid̄ or-  
dinauit, & in uirtute S. Obedientiæ om-  
nibus Miſſam celebrantibus, ritum &  
formam huic Miſſali conformem ob-  
ſeruare præcepit. Quod intelligendum  
eſt non

est non de ijs Ecclesijs aut personis, quæ  
priuilegium habent vtendi Missali pe-  
culiari, sed ijs duntaxat, qui Missali v-  
tuntur Romano. Dictæ verò personæ  
priuilegiatæ, suorum Missalium ritum  
ac formam obseruare obligantur.

Tertiò quæritur: Quale peccatum cõ-  
mittere censendus est, qui in dicenda  
Missa ordinem Missalis non seruauerit,  
id est, aliã Missam dixerit, quàm Missale  
præscribit: verbi g. Præcipit Missale ho-  
die dicere Missam de Feria, iã verò Sa-  
cerdos aliquis Missam legit de Spiritu  
S. aut pro defunctis. Respondeo, citra  
peccatum ordinẽ Missalis mutari posse,  
cùm hoc non sit ritum mutare, aut di-  
uersas à Missali Cæremonias adhibere,  
quippè cùm in illa Missa nihilominus  
plenariè eius Missæ ritus obseruentur.  
Deinde piorum ac doctorum Sacerdo-  
tum cõsuetudine ita receptum est, vt id  
sine omni scrupulo faciant. Ergo etiam  
licet, præcepto in contrarium nullo ex-  
tante. Cũ Officio diuersa est ratio. Cùm  
enim singulis diebus Officium recitare  
Sacerdos obligatus sit, illud recitare  
Officium conuenit, quod vnoquoq; die  
assigna-

assigna  
muni c  
in Miss  
hodie c  
ligat, s  
Sacerd  
est Miss  
vel illa  
dam est  
dam no  
admod  
ligend  
naris,  
trium  
lènes e  
re con  
mento  
tura, d  
nis con  
Qu  
propte  
instit  
& dete  
puta M  
ritus, e  
Missam  
hoc ad

assignatur, quemadmodum etiam communi consuetudine confirmatur. Secus in Missa: non enim obligatur Sacerdos hodie celebrare, neq; ordo Missalis obligat, sed dirigit duntaxat ac proponit. Sacerdos ergo, qui obligatus hodie non est Missam dicere, multo minus ad hanc vel illam determinatam Missam dicendam est obligatus, cum ad eam celebrandam non teneatur ex præcepto, quemadmodum tenetur ad Officium. Intellegendum tamen hoc est de Missis priuatis, quæ ad proprium cuiusque arbitrium & voluntatem dici possunt. Solenes enim Missas præcepti est celebrare conformiter Rubricis Missalis, argumento *Cap. Quidam. Et Cap. Cum Creatura, de Celebr. Missar.* Deinde etiã omnis contemptus abesse subintelligitur.

Quartò dubitatur; Sacerdos aliquis propter acceptum stipendium, aut per institutum Capellaniam, Missam certam & determinatam dicere obligatus est, puta Missam Mortuorũ, aut sancti Spiritus, quæritur, an talis peccet aliam Missam legendo? Respondeo, si fecerit hoc ad seruandum ordinem Missalis, aut  
quia

quia Festum sit, neq; scandalum vllum committatur, nō peccare; sin verò causa legitima nulla subsit, obligationi debere satisfacere, quanquam neque citra legitimam causam ordo Missalis debeat interrumpi. Ita cōmuniter tenent Summistæ, veluti Syluest. ver. Missa, q. 1. 4. 7. Soto in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 1. in fine. Nauarrus cap. 21. num. 7. Victoria num. 95. & Suarez dist. 83. sect. 3. 6. In quo.

Quintò quæritur, cuiusmodi peccatum est, si quis omittat aliquid ex ijs, quæ in Missa dicenda sunt? Respondeo, id sine peccato fieri non posse: omnia enim, quæ in sacra hac actione dicuntur, ab Ecclesia sanctè sunt ordinata, vnde voluntariè aliquid ex ijs omittere, est peccare contra ordinem Ecclesiæ, cui obedire æquum est. Dico deinde, inaduertentiam & obliuionem naturalem ab hoc peccato excusare: ita enim aliquid omittere, cū voluntarium non sit, per consequentiam quoque nec peccatum esse potest. Addit Suarez loco citato, fieri posse, vt res omissa tam leuis sit ac exigui momenti, causa verò omissionis tam iusta, vt ad remouendam

omnem

omnem  
tione, si n  
verba C  
lium, ve  
rale: sin  
tia, si qu  
culum a  
omittat  
quod m  
impedia  
vel Euar  
fuerunt,  
pra) mo  
rint, de  
per negl  
Verum r  
que enin  
alicuius  
catum co  
in alijs e  
ta de vo  
transgre  
tur veni  
Sextò  
inaduer  
ad alia iã  
esse reco

omnem culpam, sit sufficiens. Dico tertio, si notabile sit quod omittitur, puta verba Consecrationis, *Epistola*, *Euangelium*, vel simile quid, erit peccatum mortale: si verò notabile non sit, verbi gratia, si quis *Commemorationem*, vel versiculum aliquem ex *Tractu* vel *Graduali* omittat, non erit peccatum, propterea quòd minuta hæc integritatē Missæ non impediunt, quemadmodum *Epistola*, vel *Euangelium*. Quanquam non defuerunt, qui (vti affirmat Suarez vbi supra) mortale peccatum esse affirmauerint, de *Canone* vel minimum verbum per negligētiam culpabilem omittere. Verum nimis dura est ista sententia: neque enim verisimile est, propter nomē alicuius Sacti in *Canone* omissum, peccatum committi mortale, maxime cum in alijs etiam Religionis præceptis, puta de votis, leuis alicuius rei error aut transgressio pro peccato tantum habeatur veniali.

Sextò quæritur: An Sacerdos, qui per inaduertentiam aliquid omisit, & cum ad alia iã perrexerit, aliquid à se omissum esse recordatus fuerit, tum id conuenienter

H nienter

nienter dicere possit aut debeat quod omisit? Respondeo: Si quod omisit est de essentia Sacrificij, qualia sunt verba Cōsecrationis, necessariò illa debet dicere, & cōsecrare id, quod consecratum non est, cū citra Cōsecrationem nō sit Sacrificium: sin verò de essentia non sit, nō est necesse dicere: verbi gratia, dicta *Collecta*, vel *Epistola* recordatur Sacerdos per obliuionē se omisisse *Gloria in excelsis* quod dicendum ante fuerat, hic non est necesse illud dicere. Ita putat Syluester, verb. Missa, 1. q. 5. §. 4. & 5. & Suarez vbi supra: ratiōe nituntur ista, quod talis sit Missæ ratio, vt si quid dicatur extra locum, turbetur ordo ab Ecclesia constitutus. Obijciēt hic quispiam: Prædicti Authores negant duntaxat necessarium esse dicere extra locum, quod per inaduertētiam Sacerdotis est omisium; at fortè non idcirco erit inconueniens illud ipsum postea dicere? Respondeo: Ego id neq; facerem, neque alij, vt faceret, author essem, præfertim, si Missa publicè alijs auscultantibus celebretur, modò tamen tam exigua sit discrepantia, vt ne confusionem  
aut

ant cōf  
veluti  
Oratio  
peresse  
citanda  
cluder  
non inc  
si nō re  
menti o  
Sept  
precibu  
Super q  
vel pre  
ab Ecc  
se præc  
falis; it  
pra est  
præcep  
publice  
men m  
le, qu  
lias ora  
propter  
actione  
fia non  
terrum  
sam alia

## LIB. PRIMVS.

¶

aut cōformitatem aliquam introducat, veluti si Sacerdos, vbi cepit concludere Orationem secundam, recordetur superesse Orationem tertiam adhuc recitandā, interim verò obliuiscatur concludere secundam: hīc iudicarem ego, non incōuenienter facere Sacerdotem, si nō repetat, quod in re tam parui momenti omiserat.

Septimum dubium est de verbis vel precibus, quæ ad Missam adiunguntur. Super quo respondeo, nulla alia verba vel preces adiungi posse, præter ea, quæ ab Ecclesia sunt ordinata. Illud expresse præcipit Pius V. in principio sui Missalis; item S. Concil. Trid. sess. 22. vti supra est demonstratum. Et quāquam hoc præceptum eas Missas concernat, quæ publicè celebrantur; nihilominus tamen malè etiam faceret Sacerdos ille, qui Missam legens priuatam, alias orationes aut verba adiungeret, propterea quòd sacram hanc Missæ actionem alijs priuatis, & ab Ecclesia non approbatis Orationibus interrumperet. Deinde, quia ad Missam alia verba adiungere, Ecclesiæ est,

H 2

non



non autem personarum priuatarum.

Octauò quæritur: An quod de verbis & precibus ad Missam non adiungendis dictum est, etiam de eiusdem Cæremonijs sit intelligendum? Respódeo quòd ita, propterea quòd tam Concil. Trid. quàm Pius V. Missæ ritum variari prohibent, tam quoad preces, quàm quoad Cæremonias. De Cæremonijs ergo primò dico: Quemadmodum non est licitum Cæremonias ab Ecclesia ordinatas in Missa intermittere; ita quoq; permiffum non esse, nouas, & ab Ecclesia non approbatas, adiungere. Deinde dico: Si id fiat voluntariè, posse esse peccatum mortale, vel veniale; mortale quidem, si fiat cum animo mutandi ritum Missarum. Cùm enim Cæremoniæ significatiuæ sint mysteriorum Christi, hinc est, vt qui Cæremonias mutat, ipsas etiam significatiuæ mutare dicatur, quod repugnat intentioni & voluntati Ecclesiæ, neq; id publicè citra scandalum fieri posset. Sin verò id non fiat cum animo nouum ritum introducendi in Missam, peccatum erit veniale, aut nullum, si excusetur per ignorantiam. Dico

tertiò

tertiò  
mitta  
aliqua  
est, mi  
frange  
peccat  
eum,  
pectus  
Cære

Qua  
cerdot  
lici inf  
eam no  
potius  
diendu  
ti, & a  
Missam  
normi

Monit

PRim  
etib  
uenire  
piose &

tertiò: Si quis Cæremoniam aliquam o-  
mittat, quæ in materia graui specialem  
aliquam habeat significationem, qualis  
est, miscere aquam in Calice, Hostiam  
frangere, & similia, graue quoque esse  
peccatum. Non autem grauius peccare  
eum, qui vel Crucem aliquam facere,  
pectus percutere, vel similem aliquam  
Cæremoniam omiserit.

Quæritur nonò, quid faciendum Sa-  
cerdoti, si aquam non habeat, quam Ca-  
licis infundat, aut in tempore habere  
eam non possit? Respondeo: Cessandum  
potius à Missa, quam vltius progredi-  
endum, cum res ea sit magni momen-  
ti, & ab Ecclesia indicta. Vnde satius  
Missam non dicere, quam cum tam e-  
normi defectu dicere.

*Monitum quædam circa defectus in Mis-  
sa celebratione contingere  
solitos.*

## CAP. XVII.

PRIMA admonitio hæc est; De defe-  
ctibus circa celebrandam Missam e-  
uenire solitis, eorumque remedijs, co-  
piosè & sigillatim agi in principio Mis-  
sæ.

H 3

salis.

falis. Igitur eò recurrât subinde Sacerdotes, ac, quæ ibidem præcipiuntur ad memoriam reducant, quò nimirum erroribus ilicò mederi possint; neq; tum primum ad Rubricas recurrere necesse habeant, maximè cum in ultimo Missali à Clemente VIII. reuiso, addita quædam sint facilia, & ad praxin optimè accommodata, quò citra circumstantium scandalū, eiusmodi defectibus commoda remedia adhiberi possunt.

Secunda monitio: Ne præceptis sit nimis Sacerdos ad repetendum, quod non recordatur se dixisse. Vbi notandum est, aliud esse recordari, nò dictam esse formam Consecrationis, aliud itè non recordari dictam esse formam Consecrationis. Sacerdos, qui certò scit se non dixisse verba Consecrationis, tenetur illa postea dicere. Aut si ita dubitet, vt dubium illud deponere non possit, sub conditione ea debet repetere: sic enim tollitur simul & dubium, & periculum consecrandi id, quod iã ante erat consecratum. Si verò non recordetur Sacerdos à se dicta esse verba Consecrationis, non est causa sufficiens repetendi: Omnis  
enim

enim actio mentalis, nisi quàm accuratissimè de ea suscipiatur cogitatio, facillè ex memoria elabatur.

Tertia monitio: Quandoquidem Cōsecratio panis & vini sunt de essentia huius Sacrificij, necessariū est, vt, quàm fieri potest diligentissimè, aduertat Sacerdos, vt panis siue Hostia sit ex tritici medulla, & vinum ex uuis, veluti dictū est supra Cap. 12. vtq; in actu Consecrationis coram in cōspectu & oculis suis habeat: præterea, vt integra sit forma Consecrationis, vtque adsit Sacerdotis intentio, quæ ita necessaria sunt, vt si vnum duntaxat defuerit, non sit Sacramētum. Vnde si animaduertat Sacerdos Hostiam non constare ex tritici medulla, aut corruptam; aut si vinum marcidū esse deprehendat, vel acetum, etsi Consecratio facta sit; nihilominus de nouo materiam debitam & conuenientem debet consecrare. Cū enim prior illa materia legitima non fuerit, Consecrationis verba suum non sunt sortita effectum. Idem dicitur, si defuerit Ministri intentio, vel forma Cōsecrationis in tantū alterata sit, vt sensum variauerit: tū

enim repetenda est; sed materia si fuerit legitima, non est mutanda.

Monitio quarta: Quanquam ad Consecrationem sufficiat intentio virtualis, satius tamen est, ut Sacerdos actualē habere procuret. Est autem actualis intentio, cum in ipso Cōsecrationis actu Sacerdos id facere intendit, quod facit Ecclesia, id est, si intendat transubstantiare panem in Corpus, & vinū in Sanguinem Christi Domini nostri. Virtualis intentio est, quando in actu Consecrationis Sacerdos ob mētis distractionem talem intentionem non habet; habuit autem (quando ad celebrandam Missam accessit) intentionem faciendi id quod facit Ecclesia, quam, quia postea actu aliquo contrario non amisit, virtualiter durare, & ad efficiendum Sacramentum sufficientem esse dicimus.

Quinta monitio: Quando Sacerdos post sumptam & consumptam Hostiam animaduertit, eam nō esse ex tritici medulla, sed ex hordeo, vel milio: similiter, si postquam de Calice biberit, animaduertat nō fuisse vinum; sed acetum,

tum

tum quò huic defectui medeatur, illud quod rectè consecratum nõ fuit, denuò consecrabit, atque etiam cõsumet, quia scilicet Hostiam ante sumpsit ex hordeo factam, aut biberit acetum. Nec obstat, quòd non sit ieiunus, propterea quòd præceptum integrè hoc Sacrificiũ perficiendi maioris momenti sit, quàm præceptum, quo ieiuni communicare iubemur.

Sexta monitio : Si Sacerdos inter celebrandam Missam recordetur, se confcium peccati alicuius mortalis, non debet propterea Missam iam inchoatam intermittere, sed anniti debet, vt Attritionem habeat, vnà cum proposito confitèdi subitò post Missam, & pro peccato satisfacièdi: Si verò excommunicatum se esse recordetur, aut suspensum, aut locum, in quo celebrat, esse interdictum; tum, si non timeat scandalũ, & Consecratio nondum facta sit, cessare debet ab inchoata Missa. Sin verò horum aliquid obstiterit, pergere debet in celebranda Missa, cum Contritione tamen, & proposito petendi Absolutionem. Similiter, si ante Consecratio-

nem recordetur se nō esse ieiunum, cessare debet, nisi scandalum timeat: si verò recordetur post Consecrationem, Missam inchoatam debet perficere; sic enim non peccabit, vt arbitratur Angel. verb. Euchar. 2. §. 6. Syluester verb. Euchar. 2. §. 7.

Septima monitio: Si post Consecrationem resciscat Sacerdos alteram speciem veneno esse infectam, non debet sumere: cū enim Sacramentū sit vitæ, iniquum fuerit, illud cum mortis periculo sumere; sed consecranda erit alia Species, atq; etiam consumenda: natura enim & perfectio huius Sacrificij requirit, non tantū vt offeratur ac cōsecratur, verū etiam vt vtraq; species sumatur, & à Sacerdote consumatur. Species illa porrò, quæ veneno infecta est, si sit Hostia, decenter cōseruari debet donec corrumpatur; tū enim non amplius erit Sacramentum: si sit sanguis, spōgia vel pannus adhibeatur, qui illum imbibat, qui, vbi siccatus fuerit, comburatur, & cineres in Sacrarium reponantur.

Octaua admonitio: Quando timeretur, ne finiri Missa possit, non est inchoanda. Et

da. Et si post inchoatam iam Missam aliquod superueniat periculum, vnde timeatur eam perfici non posse, puta à Turcis, vel ab alijs inimicis imminentibus; item Ecclesiæ incendio, ruina, vel vicini alicuius fluminis inundatione ingruente; tum, si facta nondum est Consecratio, cessandum à Missa est: si verò periculum post Consecrationem superueniat, tum accelerare potest Sacerdos, & vtramque Speciem absumere, omittendo quicquid post Consecrationem dicitur vsque ad Communionem.

Nona admonitio: Si effundatur Sanguis, ita tamen, vt in Calice aliquantum remaneat, tum quod residuum est, Sacerdos sumere debet: hoc enim satis est ad integritatem & perfectionem Sacrificij, cum in vtriusvis Speciei consecratae vel minima particula totus maneat Christus. Pari modo, si Hostia consecrata ab animali aliquo Sacerdoti erepta sit, modò aliqua saltem eius particula remanserit, satis est ad Missæ Sacrificium perficiendum, propter rationes iam commemoratas.



Si verò in Calice nihil reliquum sit de Sanguine, de nouo erit vinum consecrandum, ac absumendum. Idem dicendū de Hostia animalis aliquo vel veneto erepta, ita vt nec tota, nec pars aliqua possit recuperari. Quòd verò Paludanus, & alij nonnulli arbitrantur, animal illud, quod consecratam Hostiam absumpsit, si haberi possit, aperiendum esse, & recipiendum Sacramentum, nò placet mihi, neq; expedire videtur; fatius est facere id, quod constitutum est in Missali Pij V. nimirum, vt tale animal occisum; comburatur, & cineres in Sacramentum reponatur, quamuis nec hoc contineatur in Missali. Quid de Sanguine effuso faciendum sit, copiosè in Missali declaratur.

Decima monitio: Quòd si Sacerdos aliquis ante Altare a deo infirmetur, vt Missam perficere, aut prosequi non possit, tum, si neutram adhuc Speciem consecrauerit, necessarium non est, vt alius eam perficiat: cum enim Sacrificium substantialiter necdum fuerit inchoatum, dici quoque non potest, illud manere imperfectum. Quòd si verò Specierum

cierum  
Sacerd  
re deb  
fit ieiun  
Sacrifi  
stomac  
cium m  
perfece

Cui

M  
potest.  
enim ei  
habet, c  
bi subie  
in quo c  
& offer  
ferri.

Secur  
test esse  
qua nec  
bono ali  
precibus

ei<sup>us</sup> altera consecrata sit, tum alius Sacerdos, quod reliquum erat, perficere debet, & Missam absolueret, etsi non sit ieiunus: necessitas enim perficiendi Sacrificium maior est, quam ut ieiuno stomacho communicetur, cum Sacrificium nullo modo manere debeat imperfectum.

*Cui Missam applicare Sacerdos sit obligatus.*

## CAP. XVIII.

**M**ultis de causis Sacerdos ad applicandam alicui Missam obligari potest. Primò, ex obedientia; certum enim est, Superiorem, qui iurisdictionem habet, commendare posse Sacerdoti sibi subiecto, ut Missam alicui applicet; in quo casu Sacerdos obedire tenetur, & offerre pro quo iubet Superior offerri.

Secunda causa talis obligationis potest esse Charitas, si nimirum ingens aliqua necessitas urgeat, ut pro communi bono aliquis obligari se sentiat, cum precibus simul Missæ Sacrificium con-

iungere, quò facilius Diuina Maiestas ad misericordiam inflectatur; quam hic casus rarissimè contingat; & tum ex tali causa Charitatis, nemo omnino à generali ista oblatione huius Sacrificij est excludendus, ijs solis exceptis, qui ab Ecclesia exclusi ac præcisi sunt, veluti dictum est supra, Cap. 5.

Tertiò ex voto nasci potest talis obligatio Sacerdoti, quo se pro aliquo Missam dicturum promisit, & obstrinxit. Cùm enim Missa sit opus Religionis, & quidem pium, nihil obstat, quò minus materia voti esse possit. Et cùm tale votum sit de re graui, etiam obligare potest sub pœna peccati mortalis.

Quarto ex promissione simplici originem trahere potest talis obligatio, quando nimirum ea fit cum animo se obligandi ad dicendam pro aliquo Missam. Vbi notandum est, nò semper eiusmodi promissionem simplicem in conscientia obligare, veluti si quis dicat: Ego pro te Missam legam; modus enim iste loquendi est, quo vti subinde solemus, ne nos difficiles præbere velle videamur,

mur,  
non ob  
qui pe  
hac su  
dicat,  
enim i  
est aut  
dicere  
dictur  
vt eius  
aliud,  
clarati  
intenti  
di prop  
tum qu  
ligat,  
temere  
mittitu  
ligandi  
vera est  
scientia  
Quin  
sci pote  
riam: Se  
nia seu  
obligat  
in heb

mur, & talis promissio in conscientia non obligat, nisi promittens sciat eum, qui petijt, Missam alicui debere, quam hac sua fretus promissione neque ipse dicat, neq; dici per alium procuret; tum enim is, qui Missam promisit, obligatus est aut Missam dicere, aut ei, cui Missam dicere promisit, significare, se eam non dicturum. Deinde etiam fieri potest, vt eiusmodi simplex promissio nihil sit aliud, quam simplex quædam animi declaratio, qua quis vtitur, sine tamen intentione se obligandi, ita vt eiusmodi propositum mutare non possit; & tum quoque non est promissio, quæ obligat, nisi quatenus propositum non est temerè mutandum. Quando verò promittitur Missa cum intentione se obligandi ad id, quod promittitur, tum vera est promissio, quæ obligat in conscientia.

Quintò, ex iustitia commutativa nasci potest talis obligatio, idque bifariam: Semel, respectu alicuius Capellania seu Beneficij fundati & instituti cū obligatione, toties celebrandi Missam in hebdomade pro fundatoribus, aut

bene-

benefactoribus eius; vnde tale Beneficium recipiens, obligatur ad Missam toties celebrandam. Omne enim Beneficium transit cum onere suo, & obligatione. Secundò, respectu stipendij particularis, quod datur pro dicenda Missa, & tum vtraque pars obligatur ad satisfaciendum. Quemadmodum enim qui pro Missa aliqua stipendium promittit, ex iustitia illud soluere tenetur; ita etiam Sacerdos stipendium illud accipiens, ex iustitia obligatur sua se promissione liberare, dicendo videlicet Missam pro eo, à quo stipendium accepit. In qua sententia omnes Theologi ac Canonistæ conueniunt. In omnibus hisce obligationibus Sacerdos applicare valorem Missæ tenetur: vnde nequam sufficere, si suam duntaxat actionem, aut laborem applicet, quem adhibet in dicenda Missa; nec satisfacere, si Orationes tantum Missæ applicet; qui enim Missam petit, aut stipendium pro ea soluit, totum Missæ valorem & effectum requirit.

Circa vltimum hoc dubia aliquot suboriuntur. Primò, quomodo à Simo-

nia excusari possit, qui stipendium, id est, rem temporalem pro Missa, quæ est res spiritualis accipit? Neque valet hîc, quod alicui id licere dicunt, modò ne pactum aliquod interueniat; semper enim tacitum pactum hîc interuenit, aut concurrit: qui enim stipendium dat, is dat stipendium cum animo obligandi Sacerdotem ad dicendam Missam; & qui recipit stipendium, id recipit cum animo obligandi se ad dicendam Missam pro isto stipendio, id quod nihil aliud est, quàm pactum tacitum, quod de iure inducit obligationem. Ad hanc difficultatē aliqui respondent, duo in Missa considerari posse: primum est sacrum & spirituale, ipsum scilicet Sacrificium & fructus Missæ; secundum corporale est ac materiale, videlicet labor & occupatio Sacerdotis. Iam stipendium, quod datur, non datur pro Sacrificio & eius effectu: sic enim aperta Simonia futura est; sed pro labore & occupatione Sacerdotis. Quemadmodum quando venditur Calix consecratus, venditur tantum illud materiale, & non illud quod sacrum habet; si verò venderetur  
pluric

pluris quàm valet, ob id, quia sit consecratus, iam Simonia erit. Alij respondent: stipendium solui non tanquàm pretium Missæ, sed tanquam rem ad sustentationem Sacerdotis necessariã. Sacerdos enim, qui non habet unde viuat, Altari deseruire nequit. Vnde S. Paulus, 1. Cor. 9. dicit: *Qui altario deseruiunt, cum altario participant.* Et ratio ipsa naturalis postulat, vt cui seruit homo, ab eodem etiam habeat alimentum. Si ergo Sacerdos ministerium suum, videlicet sacrificandi, applicet in utilitatem Petri, etiam ab eo sustentari meretur. Hinc Christus Lucæ cap. 10. inquit: *Dignus est operarius mercede sua.* Et hanc secundam opinionem tueatur Suarez disputat. 86. sect. 1. §. Ad autoritates. Item alij plures, qui ab eo citantur.

Hinc nascitur secundum dubium, quod est tale: Si stipendium datur ad Sacerdotis sustentationem, iam Sacerdotes diuites cum bona conscientia pro dicenda Missa recipere stipendium non possent, quoniam absque isto stipendio abundè habent unde viuat. Sunt qui hac

ratione

ratione  
diuiti  
cenda  
cessari  
Vera a  
quam t  
quem t  
quæst. e  
Suarez  
seritur  
patrim  
Missæ s  
doti en  
betur a  
reciper  
tollunt  
pari me  
men id  
re prob  
operari  
Sacerde  
ex redi  
enim is  
di id, qu  
uit. Ver  
lis Miss  
brat Sa

ratione moti, putauerint Sacerdotibus diuitibus non licere stipendium pro dicenda Missa accipere; aut si accipiāt, necessariò id in pauperes esse erogādum. Vera autem hac de re sententia illa est, quam tenet S. Thomas, Quodl. 6. art. 10. quem sequitur Soto libr. 9. de Iustitia; quæst. 6. art. 7. Nauarrus cap. 23. num. 102. Suarez vbi supra, sect. 3. qua scilicet asseritur, Sacerdotem, etsi diues sit ex patrimonio, nihilominus tamen pro Missa stipendium posse accipere. Sacerdoti enim deseruiēti Altari, de iure debetur alimentum. Ergo illud etiā potest recipere: diuitiæ enim, quas habet, non tollunt illud ius accipiendi stipēdium, pari modo vt miles, etsi diues sit, nō tamen idcirco stipēdium militare recipere prohibetur, dicente Christo: *Omnis operarius dignus est mercede sua.* Idem de Sacerdote sentiendum est, qui diues est ex redditibus suis Ecclesiasticis: redditus enim isti non auferunt illi ius recipiendi id, quod debetur ei, qui Altari inseruiuit. Veruntamen hoc, quod dico, de illis Missis est intelligendum, quas celebrat Sacerdos extra Beneficij sui obligatione

gatio-



gationem: cum certum sit, pro ijs Missis, ad quas Beneficij sui ratione est obligatus, stipendium nullum recipere posse; quippe pro quibus ab ipso Beneficio stipendium habeat: alioquin enim duplicatum reciperet stipendium, id quod non licet, vt postea demonstrabitur.

Tertium dubium hoc est: Quod igitur est iustum Missæ pretium? Respondeo, quod lege super ea re potestatem habentis constitutum est. Eam autem habet potestatem Papa per omnes Ecclesias, & Episcopi per suas Dioceses. Dico secundo: Si nulla lege tale pretium aut stipendium est ordinatum, tum id, quod datur atque accipitur ex communi consuetudine, esse æstimandum à personis prudentibus & timētibus Deum; quippe cum communis consuetudo legi æquiparetur. Aduertendum hinc est, hanc stipendij taxationem, non ita strictè ac præcisè accipiendam esse, vt si quis aliquid vltra constitutam taxationem dare velit; aut si Sacerdos minus accipere contentus sit, quam stipendij ferat æstimatio, id fieri nullo modo possit; pro-

propter  
ceder  
possit.  
vtilis e  
det; &  
iustam  
ausit.

Præ  
dum in  
pretium  
medioc  
esse stip  
rigorol  
iusta su  
beat off  
rigorol  
edificat  
dioceri  
Sacerdo  
quam se  
pere po  
pluribu  
tegra se  
poterit  
celebra  
uenire t  
Missis le

propterea quod vnusquisque iuri suo  
cedere, & quod suum est, cui vult, dare  
possit. Aestimatio autem ista eò tantum  
utilis est, ne, qui dat stipendium, minus  
det; & ne, qui recipit stipendium, vltra  
iustam taxationem postulare aliquid  
audeat.

Præterea notandum est, quemadmo-  
dum in venditione rerum temporalium  
pretium iustum aliud est infimū, aliud  
mediocre, aliud summum: sic etiam hinc  
esse stipendium infimum, mediocre, &  
rigorosum, aut summum, quæ omnia  
iusta sunt. Vnde Sacerdos, ne cui præ-  
beat offendiculum, non debet de pretio  
rigoroso seu summo contendere, sed ad  
edificationem proximi infimo, vel me-  
diocri esse contentus. Itē hinc est, quod  
Sacerdos pro vna Missa non amplius  
quàm semel integrum stipendium acci-  
pere possit, siue ab vna persona, siue à  
pluribus. Si quis ergo duo stipendia in-  
tegra soluat, nequaquam satisfacere  
poterit Sacerdos vnā Missam duntaxat  
celebrando: contractus enim hic inter-  
uenire tacitus præsumitur de duabus  
Missis legendis, & non vna sola; alio-  
quin.

quin enim qui stipendium soluit, contra ius & æquum, vnius Missæ fructibus defraudaretur.

Quartò dubitatur: Possintne Sacerdotes pauperes pro vna Missa accipere stipendium duplicatum? Fuerunt aliqui in illa sententia, vt putauerint, vno stipendio ad sacerdotis sustentationem non sufficiente, tot licere Sacerdoti sumere stipendia, quot pro se ac familia sua sustentanda sufficiunt; alioquin enim Sacerdos pauper mendicare, & parum deceter viuere cogeretur, quod prohibetur à S. Concilio Trid. sess. 21. cap. 2. de Reform. Cui consentit etiam S. Paulus, vbi dicit: *Qui deseruiunt altario, cum altario percipiunt.* In hac sententia est Soto libr. 9. de Iust. q. 3. art. 1. in fine. Veruntamen & in 4. distinct. 14. q. 2. art. 1. ponit limitationem quandam, seu exceptionem talem, quando scilicet, qui dat stipendium, expressè totam Missam requirit, & Sacerdos eam promittit; Alij aliter sentiunt, quorum probabilior videtur esse sententia, quæ tuetur Nauarrus cap. 25. num. 95. Cordubensis quæst. 4. dub. 2. & Suarez, qui  
disp.

disp. 8.  
peren  
sumen  
ordin  
ne sit r  
iam bo  
mino  
non pa  
conce  
quod à  
tutum  
rari er  
cerdos  
pendia  
neque  
iusta m  
plura  
pendi  
duntax  
cerdot  
supple  
rabatu  
dicere  
supple  
Sec  
sa stipe  
eo, qu

disp. 86. sect. 4. duo dicit. Primò, pauperem ob paupertatem non posse plus sumere pro dicenda Missa, quàm lege ordinatum, vel approbatà consuetudine sit receptum: quia si faceret secus, iam bonasumeret alterius inuito domino: at ius sumendi bona alterius, non paupertas, sed extrema necessitas concedit. Iam si iustum stipendium est, quod à lege vel cõsuetudine est constitutum, tum vltra illud aliud sumere, furari erit. Non ergo, quia pauper est Sacerdos, pro vna Missa plura integra stipendia potest accipere, quemadmodum neque operarius ob paupertatem plus iusta mercede accipere potest. Dico plura integra stipendia, quia si vnus stipendium integrum non soluat, sed eius duntaxat partem, tum licitum est Sacerdoti ab alijs accipere id, quod ad supplendum iustum stipendium desiderabatur, & Missam pro omnibus illis dicere, qui reliquam stipendij partem suppleuerunt.

Secundò dicit Suarez, iustum Missæ stipendium non esse metiendum ex eo, quod Sacerdoti ad sustentationem

tota

tota illa die est necessarium: Missa enim instituta non est hoc fine, ut tota ea die sustentetur Sacerdos. Præterea Sacerdos neque totâ die, neque magna eius parte circa dicendam Missam occupatur, unde reliquam diei partem honesto alicui exercitio ad procurandum sibi victum poterit impendere, maximè cum id Sacri Canones concedant, uti videre est Cap. *Clericus victum, dist. 91*. Demum totum hoc negotium Ecclesiæ cõsuetudine constabatur, qua in multis locis taxatum est Missæ stipendium, nulla habita ratione eius, quod Sacerdoti ad sustentationem suam per vnam diem est necessarium, eum multis in locis vnus tantum Iulij stipendium pro dicenda Missa constitutum esse videamus, qui sanè ad vnus diei sustentationem minimè est sufficiens.

Quintò quæritur: An Sacerdos aliquis, qui hodie à nemine stipendium accepit, Missam, quam celebrat, applicare possit ei, qui primus daturus illi sit stipendium? aut: Possitne sibi ita applicationem eius Missæ reseruare, ut sequenti die recipiens ab aliquo stipendium pro dicenda

dicendo  
Ego t  
ri? Hoc  
Nauar  
ragon.  
lib. 9. c  
Rodrig  
rectè p  
quem r  
tum &  
præsen  
Secund  
trarian  
bensis  
titur qu  
Missæ c  
cuius f  
ticular  
clesiæ t  
terius r  
solus P  
que ma  
lium ce  
tentiæ r  
quisque  
sa dicen  
nè, si r

dicenda Missa, dicere apud se possit: Ego tibi applico Missam, quam dixi heri? Hoc, inquam, an liceat, queritur? Pet. Nauarrus lib. 2. de Restit. c. 2. n. 169. Aragon. 2. 2. q. 8. art. 3. Henric. Henricquez lib. 9. de Missa c. 21. num. 2. & Emanuel Rodrigues, in Summa, c. 252. §. 2. id fieri rectè posse existimant: quia Deus (apud quem nulla est distinctio inter præteritum & futurum, sed omnia habet pro presentibus) applicet fructum Missæ secundum intentionem Sacerdotis. Contrariam sententiam defendit Cordubensis lib. 1. Quæstionar. q. 4. dub. 6. nititur que hac ratione; quia Sacrificium Missæ consistit in actione transeunte, cuius fructus si à Sacerdote alicui particulari personæ non applicetur, in Ecclesiæ thesaurum reponitur, in quo ulterius nihil iuris habet Sacerdos, sed solus Pontifex. Quæ sententia mihi quoque magis arridet, ob communem fidelium consensum, quem huic quoque sententiæ magis fauere verisimile est: vnusquisque enim stipendium soluit pro Missa dicenda, non autem pro dicia. Et sanè, si nonnulli scirent se stipendia pro

Missâ soluturos iam dicta, credo id eos non persoluturos. Ut enim concedam, posse aliquem capacem fieri fructuum Missâ iam dictâ, non minus ac Missâ, quæ est adhuc dicenda; nihilominus tamen hac ratione multis non satisfieret, qui videlicet ipsi quoque eius celebratione interesse desiderant, propriaque deuotione fructum eius ampliore reddere; quod facere non possunt, si heri, aut alia die dicta sit Missâ. Præterea, si Sacerdos aliquis hodie recitaret peccatorum Absolutionem, eamque applicaret ei, qui primò sibi sit confessurus; aut si postera die confitenti, hesternæ diei Absolutionem applicaret, certum est, consentientibus omnibus Theologis, eiusmodi Absolutionis applicationem nullius esse momenti. Similiter quoque non valet hic modus celebrandi Missâ. Adde quòd Henricquez, de hac loquens sententia, etsi ipse quoque vnus sit ex eius auctoribus, nihilominus tamen dicit, eam ab Episcopis prohiberi debere, quo manifestè indicat, eam sibi tutam satis non videri.

Sexto

Sexto  
com  
tiam  
quam  
missio  
accept  
ma sua  
eiusm  
lius in  
ratur,  
gentia  
dunda  
Missâ  
porale  
quod p  
vel no  
illa M  
eorum  
mitatu  
dius, e  
modat  
fert pa  
decuba  
rati re  
ex poe  
libera  
gro me

Sextò queritur: Cuiusmodi peccatum committit Sacerdos, qui per negligentiam differt pro aliquo dicere Missam, quam dicere est obligatus, vel ex promissione, vel propter stipendium iam acceptum? Emanuel Rodrigues in Summa sua, part. 1. cap. 252. §. 7. putat eiusmodi peccare mortaliter, si per illius inaduertentiam notabiliter differatur, propter damnum, ex tali negligentia ad eum, cui Missa debebatur, redundans: fieri enim poterat, ut per istam Missam notabile aliquod bonum temporale vel spirituale fuisset consecutus quod per negligentiam talis Sacerdotis, vel non consequitur; (quia fortè nunc illa Missa cumulata, aut stipata non sit eorum, quæ ante fecerat, bonorum committatu;) vel cõsequitur quidem, sed tardius, ex quo etiã non mediocriter incommodatur: quemadmodũ plurimum refert pauperis alicui<sup>o</sup> opificis, ex morbo decubentis, si integro mense citius sanitati restituatur: Fortè etiã anima aliqua ex poenis Purgatorijs ista Missa poterat liberari; iam verò exiguum nõ est, integro mense citius à tãtis poenis liberari.

I 3

Vnde



Vnde colligitur, grauitè eum peccare Sacerdotem, qui citra causam diutius, quàm par sit, differt Missas, quas dicere est obligatus.

Septimò quæritur: Quid peccati committat Sacerdos, qui defraudat aliquem Missa, id est, qui accepto Iulio Missam planè nõ dicit? Ex vna parte videtur esse veniale; quia vnus Iulius non sit materia peccati mortalis. Ex altera verò parte videtur esse mortale; quia aliquem Missæ fructibus defraudat, qui sunt inæstimabiles: quemadmodum etiam Satisfactio pro pœna, item boni alicuius tam spiritualis quàm corporalis impetratio. Respondeo cum Petro Nauarro, lib. 2. de Restit. cap. 2. num. 380. si qui Iulium dedit, sciens Missam non esse dictam, neque dicendâ, procuret alio modo vt dicatur, signum est, eum id damni parui facere, & tum non peccabit mortaliter Sacerdos, videns eam Missam ab alio dici. Si verò qui stipendium dedit, nesciat Missam illam non fore dicendam, tum peccabit mortaliter, propter ingens damnum, quod eum committere iam diximus. Si tamen ei, qui stipendium

soluit

soluit  
Missam  
dem,  
cato li  
est vsu

De M

P Rin  
cess  
cerdot  
Respon  
ex natu  
posse, c  
re enir  
crifici  
huius S  
perfice  
de iure  
fariò M  
qui fac  
guntin  
lus offe  
Missæ a  
dicet S  
te frat

soluit pro dicenda Missa, significet, se Missam non dicendum, à mortali quidem, non tamen ab omni prorsus peccato liberabitur, propter Fraudem, qua est usus.

*De Ministro administrante Sacerdoti celebranti Missam.*

## CAP. XIX.

PRIMO queritur in hoc Capite, an necessario requiratur aliquis, qui Sacerdoti Missam celebranti inseruiat? Respondeo, hoc Sacrificium, in quatum ex natura sua, à solo Sacerdote perfici posse, citra alterius ministerium: offerre enim, consecrare, & consumere Sacrificium, (in quibus essentia & natura huius Sacrificij consistit,) citra Ministrum perficere potest Sacerdos. Deinde dico, de iure Ecclesiastico & positivo necessario Ministrum aliquem adhibendum, qui sacrificanti inseruiat. Vnde in Moguntino Concilio l. ca. 43. Sacerdos solus offerre prohibetur: si enim nemo Missæ adsistat, quomodo (inquit Cõcil.) dicet Sacerdos: *Dominus vobiscum? Orate fratres? Sursum corda?* Præterea com-

muni Ecclesiæ consuetudine ita receptum est; quippe cum nullibi Missam sine Ministro celebrari videamus.

Secundò quæritur: Quot numero requirantur Ministri? Respondeo, in Missis priuatis vnum sufficere; in solemnibus verò, aut ijs, quæ cantantur, pluribus opus esse: solent enim adhiberi Diaconus & Subdiaconus. Vbi notandum: Quòd si Canò aliquis de pluribus Ministris in Missa adhibendis loquatur, id iam exoleuisse, quemadmodum ex vniuersali Ecclesiæ consuetudine in contrarium videre est. Quòd verò antiquitus aliter fieri cõsueuerit, fortasse hinc est, quòd eo tempore pauci haberentur Sacerdotes; Ministros verò adhibere plures facile esset. Postea verò, multiplicatis Sacerdotibus, cum satis multi Ministri haberi nõ possent, ne diuinum & salutiferum hoc Sacrificium intermitteretur, introductum paulatim est, vt in Missis priuatis vnicus duataxat Minister adhiberetur.

Tertiò quæritur: Possitne foemina sacrificanti administrare? Respondeo, nullo modo; præterquam enim quòd id

com

communiter omnes negent Theologi: quia nimirum id sit indecorum, & periculosum; expressa quoque extat prohibitio *Cap. 1. de cohab. Cler. & mulier.* vbi ordinatur, vt nulla fœmina propius ad Altare accedere, & Sacrificanti administrare præsumat. Quamuis enim ex Choro in Missis solemnibus respondere soleant Moniales, quemadmodum in multis Monasterijs fieri videmus: nulla tamen propius ad Altare accedere, & Sacerdoti aquam, vel vinum subministrare potest, propter causas iam commemoratas.

Quartò quæritur: Quid faciet Sacerdos, nequiens habere Ministrum, qui sibi sacrificanti ministret? Respondeo, si dies sit ferialis, Missam intermittat. Ecclesia enim ordinauit, vt adhibeatur Minister, qui sacrificanti inseruiat. Non urgente igitur aliqua celebrandi necessitate, Missa potius intermittenda est, quàm contra Ecclesiæ ordinem ac consuetudinem dicenda. Sin Festum sit, & Sacerdos neque ab alio Missam audire possit, neque Ministrum habere, qui sacrificanti sibi inseruiat;

tum citra Ministrum Missam dicere nō erit peccatum. Simili modo, si infirmus quispiam in periculo mortis constitutus, communicare velit, neque Hostia suppetat consecrata, citra quoque Ministrum Missa dici poterit: sunt enim hi casus necessitatis, in quibus Ecclesia videtur dispensare. Soto in 4. dist. 13. q. 2. art. 5. ad 12. id fieri quidem posse cōcedit, at non in quouis Festo, sed tantum in Festo maximè solemni. Glossa verò in Cap. Hoc quoque, de Consecrat. dist. 1. Iacob. de Graffijs lib. 2. Decif. c. 42. nu. 3. Antonius de Butrio in Cap. 2. de vita & honest. Cleric. nu. 11. Suarez disp. 87. sect. 1. in fine, id in quocunque Festo rectè fieri posse existimant: quæ opinio mihi quoque videtur esse probabilior.

Quintò quæritur de Eremitis, alijsq; solitarijs Sacerdotibus, possintne citra Ministrum celebrare? Respōdeo, diuersam esse rationem cum his, quam fuerat cum illis, de quibus in præcedēti dubio locuti sumus. Hi enim cum voluntariè solitarium istum statum susceperint, dispensationem aliquam ab habēte potestatem habeant necesse est, sine qua  
citra

citra Ministrum celebrare non possunt, ac ne in Festis quidem. Cui sententiæ astipulatur quoq; Suarez loco citato in fine.

Sextò quæritur. Vtrum, si nullo exstante viro, qui sacrificati inseruire possit, adsit foemina, quæ possit inseruire, fatius sit planè citra Ministrum Missam dicere, an verò pati foeminam sibi sacrificanti administrare? Respondeo cum Soto ac Suarez, fatius esse Missam prorsus citra Ministrum dicere, propterea quòd expressius prohibitum sit, ne mulier sacrificanti inseruiat, quàm ne Missa citra Ministrum celebretur. Deinde illud quoque indecentius est, maioremque Sacerdoti affert distractionem, quàm si prorsus Ministrum nullum adhibeat.

Septimò quæritur: Quod sit officium Ministri in Missis priuatis? Respondeo, duo Ministro faciendâ incumbere: primò respondere ad Missam debet; deinde inseruire Sacerdoti in ijs, quæ ipsi necessaria sunt, puta porrigere vrceolû tam vini, quàm aquæ, accendere candelas, pulsare campanam, & similia. Quæ-

rat aliquis : quòd si is respondere non calleat , rectene poterit Sacerdos celebrans Ministro verba , quibus vti debet in responsione suggerere ? Respondeo id satius esse , quàm citra Ministrum celebrare .

Octauò quæritur : Si propter aduentum alicuius publicè & nominatim excommunicati omnes audientes Missam secedant , quemadmodum dicitur C. 25. obligatusne etiã Minister erit discedere , ne videlicet cum ipso in diuinis cõmunicet ? Respondeo , non esse obligatum , sed manere posse , tanquam cuius opera necessaria sit ad perficiendum Sacrificium , vti dictum est , Cap. 11 .

*De obligatione , qua singuli ad audiendam Missam diebus festis obstringuntur .*

C A P . XX .

**P**Ræcepti esse in Ecclesia Christi omnibus Festis indictis audire Missam , extra omnem est cõtrouersiam , vt videre est *de Consecra. dist. 1. Cap. Missas , & Cap. Omnes Fideles .* In quo Doctores & Canonistæ omnes conueniunt . Ex hoc  
igitur

igitur præcepto obligatio nascitur audiendi Missam diebus festis. Vnde fideles Christiani in Confessione se accusant, si quâdo in die festo Missam audire intermiserint, id quod nequaquâ facturi essent, si præceptum nullum extaret Ecclesiæ, cui morè gerere sint obligati.

Secundò certum est, hoc præceptum habere vim obligandi sub pœna peccati mortalis ad audiendâ Missam singulis diebus festis, non minus ac præceptum ieiunandi, & recitâdi Officij in his, qui recitare id obligantur: ratio hæc est, quòd huius præcepti materia grauis sit, ac ad Dei cultum & honorem pertineat. Et si votum audiendi Missam vna die transgredi, citra legitimam causam, est peccatum mortale, propter obligationem, quam inducit votum: etiâ mortale peccatum erit, Missam citra legitimam causam non audire in die festis: non enim minus obligat præceptum Ecclesiæ, quàm obligatio voti. Cui sententiæ communis accedit omniû Christianorum fideiû consensus, qui si quâdo voluntariè, aut per negligentia Missam audire neglexerint, semetipsos de



huius præcepti violatione in Confessione, ceu de peccato graui & mortali accusare consueuerunt. Fieri tamen interdum potest, vt vel veniale peccatum committant, vel omnino nullum. Verbi g. si quis animum habuerit audiendi Missam, & ex inopinato superueniente aliqua occupatione, per inaduertentiam audiendi Missam tempus & occasionem amittat præter opinionem, hunc certum est non peccare mortaliter, propterea quia voluntariè Missam audire non neglexit.

Tertiò manifestum quoque est, si in die festa alterutrum faciendum sit, nimirum si sit negligenda Missa vel Concio, tum Concionem, & non Missam esse intermittendam. Qua in re errauit Angelus in Summa, verb. Feria, num. 45. vbi dicit, satius esse, neglecta Missa, audire Concionem. Præceptum enim Ecclesiæ extat de audienda Missa, non de audienda Concione... Vera quidem est illius sententia in quibusdam casibus, puta, verbi gratia, si quis in rebus fidei instrui necesse habeat, quò se cõtra hæreticos defendat, idque citra Concio-

nem

nem aut instructionem Doctoris alicuius Catholici fieri non possit, tum, si eodem tempore vel Missa, vel Concio intermittenda sit; quandoquidē vtrumque fieri simul non potest, rectè intermittere Missa potest; non quia satius sit audire Concionem quàm Missam, sed quòd illa causā sufficienter à peccato non auditæ Missæ excusat, quemadmodum aliæ plures causæ, quæ non æquæ, vt hæc, graues sunt ac necessariae.

Hic dubium occurrit tale; Si quis in die festa non audiat Missam, credens bona fide se habere causam sufficientem non audiendi Missam, causa verò sufficiens non sit, peccabitne talis contra præceptum? Caietanus in Sum. verb. Festorum violatio, & Nauarrus cap. 27. hunc ad minimum à mortali peccato excusari existimant. Suarez disput. 88. sect. 1. difficile dicit esse iudicare ac discernere, quādo talis ignorantia inuincibilis dici possit, & vel in totum, vel ex parte excuset. Vnde si talis de causæ sufficientia non nihil dubitauerit, neque alios hac de re consuluerit, habens consulendi commoditatem, non omnino

vacat culpa ; Si verò nihil omnino dubitans , planè sufficientem causam esse existimauerit , & si homo sit non largæ conscientix , sed timens Deum , excusabitur à peccato propter ignorantiam inuincibilem.

Alterum dubiũ est: An circa hoc præceptum audiendi Missam diebus festis Papa dispensare possit? Respondeo, posse: quia præceptum est positivum ; verum nullius usus est talis dispensatio. Dispensare enim, vt, qui Missam comòdè diebus festis audire potest eam non audiat, non tam tendit ad proximæ edificationem , quam ad eiusdem destructionem , cum nihil id aliud esse videatur, quàm hominem à cultu diuino alienare. At si extet iusta & sufficiens causa nõ audiendi Missam, citra dispensationem excusari potest. Vtilis tamen esse queat eiusmodi dispensatio , ad scrupulosum aliquem quietandum.

*Ad quid obliget hoc præceptum: Item, sitne necesse integram audire Missam?*

C A P. XXI.

○ Mnes Doctores affirmât hoc præceptum

ceptum obligare ad audiendam integrā  
Missam à principio vsque ad finem. Et  
colligitur hoc ex Cap. Omnes fideles,  
de Consecra. dist. 1. vbi dicitur: Manen-  
dum esse, vsque dum Missa peragatur.  
Et Cap. Missas, dicitur: *Missas die Do-  
minico secularibus totas audire specia-  
li ordine precipimus.* Cui accedit com-  
munis fidelium consensus ac confue-  
tudo, quibus scrupulus est Missam  
non integram audire, vti dictum est su-  
pra.

Hinc est, vt quemadmodum Sacerdos  
non potest partē aliquam diuini Officij  
citra peccatum omittere: quia singulis  
diebus recitare totum Officiū tenetur;  
ita etiam, citra peccatum, diebus festis  
Missam integram, vel aliquam eius par-  
tem, citra iustam ac legitimam causam,  
intermittere non possit, cum vtrobi-  
que eadem obligationis sit ratio? Dixi  
citra iustam causam: excusant enim  
Summistæ eos, qui inseruientes Mis-  
sæ, aliquando Sacristiam ingrediun-  
tur ad adferenda necessaria, atque  
ita aliquam particulam Missæ negli-  
gunt, quanquam etiam hoc ipsum sit  
Missæ

Missæ inferuire. Vt tamen eiusmodi Ministri ab omni planè culpa liberi sint & immunes, duo illis sunt obseruanda. Primò, vt in eundo ac redeundo diligètes sint, ac festinent, neque præter necessitatem alibi moram faciant. Secundò, vt quæ præparari ac disponi possunt antequam Missa inchoetur, non differant dum Missa incipiatur. Si quis enim, verbi gratia, inchoata Missa exeat Ecclesiam, vt foris vinum afferat, quod per negligentiam suam non attulit citius, atq; ita bonam aliquam Missæ partem negligat, certum est, talem non vacare culpa; si tamen per inaduertentiam aut obliuionem, de vino, aut alijs rebus necessarijs in tempore non prouidisset, anniti debet, vt aliam audiendo Missam, eam partem, quàm audire neglexit, compenset.

Hic dubia aliqua sese ingerunt. Primum est: Quale peccatum est, partem aliquam Missæ omittere? Conueniunt in hoc omnes Doctores, graue peccatum esse, si pars illa sit notabilis, & si, qui eam omisit, non habeat animum eandem compensandi, aliam Missam audiendo.

diend  
tabil  
subin  
tra leg  
notab  
fentiu  
existi  
princ  
cepto  
que m  
esse Sy  
num.  
§. 1. In  
de Of  
quoq  
dicun  
tantu  
stimat  
tra m  
hac se  
art. 1. I  
audire  
deind  
tem,  
tat, h  
careb  
pra se

diendo. Si verò non fit aliqua pars notabilis, veniale tantum peccatum esse, subintellige, si id voluntariè fiat, & citra legitimam causam. Quæ verò pars notabilis dici aut non dici possit, dissentiunt inter se Authores. Aliqui existimant eum, qui Missam audit, à principio Epistolæ vsq; ad finem, præcepto de audienda Missa satisfacere, neque mortaliter peccare. In his videtur esse Syluester, Tabienna verb. Missa, num. 10. S. Antoninus 2. par. tit. 9. cap. 10. §. 1. Item præ cæteris Sandoual. Tract. de Officijs Eccles. cap. 14. par. 6. Alij eos quoque Ecclesiæ præcepto satisfacere dicunt, qui Missam audiunt à principio tantum Evangelij vsque ad finem, existimantes quæ huc vsque præcedunt, citra mortale peccatum omitti posse. In hac sententia est Soto in 4. distin. 13. q. 2. art. 1. Dicitur *ad finem Missæ*: si quis enim audire Missam ab Evangelio incipiat, & deinde post communicatum Sacerdotem, quod reliquum est de Missa omitat, hic peccati mortalis scrupulo non carebit, vti etiam notat Suarez vbi supra sect. 2. §. Secundo, talis enim quartam Missæ

Missæ

Missæ partem omitteret, quæ communi omnium iudicio in quavis re pars notabilis appellatur.

Nauarrus cap. 21. nu. 2. & Cap. Quando de Consecrat. dist. 1. notab. 10. num. 19. in eadem est cum Soto sententia, sed hoc insuper addit, si quis ab *Offertorio*, vel *Symbolo* Missam audire incipiat, hunc præcepto Ecclesiæ satisfacere, neque mortaliter peccare, modò tamen postmodum legat, vel legi sibi procuret Missæ Euangelium. Verùm id displicet Suarez, vbi supra, §. Addit. neque sine ratione: ista enim Euangelij lectio, quæ fit post Missam; neque pars est Missæ, neque vnum aliquod cum ipsa Missa constituit, neque sub præceptum cadit. Si quis enim impeditus ex legitima causa, & citra suam culpam ad Missam lecto iam Euangelio accedat, non obligabitur postea legere vel legi sibi curare Euangelium. Ergo ea de re neque præceptum habemus, neque consuetudinem; vnde si quis Missam audiat ab *Offertorio* tantum, vel *Symbolo*, peccaret mortaliter, etiam si Euangelium omissum legeret, vel ab  
alio

alio p  
parte  
illa E  
ad pra  
tegrat  
H  
diebu  
nem,  
ma ca  
nullu  
ceptu  
Missæ  
Missæ  
tabili  
vel g  
omitt  
exire  
catum  
Sacer  
tum  
gravi  
notab  
tale,  
Missæ  
dimid  
iam r

alio prælegi sibi curaret : quia Missæ partem notabilem omitteret, & lectio illa Euangelij quæ postmodum fit, nihil ad præceptum attinet, quò iubemur integram Missam audire.

Hinc colligitur, non audire Missam diebus festis à principio vsque ad finem, semper esse peccatum, nisi legitima causa excuset. Neque obstat, si nullus interueniat contemptus : præceptum enim Ecclesiæ iubet integram Missam audire. Si tamen pars aliqua Missæ omittatur exigua, & non notabilis, peccatum erit veniale, leuius, vel grauius pro diuersitate eius quod omittitur ; verbi gratia, immediatè exire ante benedictionem, erit peccatum veniale ; sed exire subitò post Sacerdotis Communionem, peccatum quidem veniale est, sed tamen grauius. Simili modo, si pars aliqua notabilis omittatur, est peccatum mortale, puta, si quis omittat quartam Missæ partem : at si quis tertiam vel dimidiam Missæ partem omittat, etiam mortale est, sed tamen priori  
gravius



gravius, quia plus omittitur. Vnde grauius peccat, qui Missam tantum audit à Consecratione, quam qui ab Offertorio. Similiter grauius peccat, qui subito discedit post Hostiam consecratam, quam qui post Communionem discedit. Hic notari etiam potest; Si quis in principio Missæ, itemque in fine aliquid omittat, tum, si quæ omissa sunt, partem notabilem efficiant, peccare mortaliter; sin minus, venialiter tantum.

Hic dubium oritur: Impeditus aliquis ex legitima causa, accedit sub medium Missæ, quæritur: Talis, cum habere aliam integram Missam non possit, obligatusne erit audire dimidiam illam Missæ partem, quæ restat? Et si non audiat, peccatne mortaliter? Pari modo, si quis integram Missam audire non possit, possit autem audire notabilem aliquam eius partem, talis obligabitur ne sub poena peccati mortalis audire eam partem? Respondeo, obligari: quia Missa non consistit in indiuisibili. Præterea, qui non potest recitare Officium totius diei, partem verò recitare potest, obligatus est eam, quam potest, partem recitare.

citare  
Sua  
mone  
cati,  
qua M  
quant  
titur,  
gratia  
cratio  
finita  
bit gr  
vsq; a  
in ipsa  
poris  
partem  
secra  
graviu  
partis  
rez, (ic  
Conse  
pto de  
Conse  
crifici  
niquè  
dum e  
matur  
stantia  
ctione

citare. Similis est ratio cum Missa.

Suarez citato loco, §. ultimo denique, monet in considerata qualitate peccati, quod committitur dum pars aliqua Missæ omittitur, non tam temporis quantitatem, quam partis eius, quæ omittitur, dignitatem esse respiciendam. V. gratia. Si quis Sacerdote circa Consecrationem occupato Missam deserat, & finita Consecratione reuertatur, peccabit grauius, quam si principium Missæ vsq; ad Epistolam omitteret. Etsi enim in ipsam Consecrationem minus temporis infumatur, quam in alteram istam partem: nihilominus tamen, quia Consecratio Sacrificij pars est excellentior, grauius peccabitur eius, quam alterius partis omissione. Quinimò dicit Suarez, (id quod est valde probabile) si quis Consecrationi non adsistat, eum præcepto de audienda Missa non satisfacere: Consecratio enim de substantia est Sacrificij Missæ. Dicit deinde de Communionis Sacerdotis videri idem sentiendum esse; quandoquidem ea consummatur Sacrificium, ideoque pars sit substantialis, pertinens ad eiusdem perfectionem.

AN

*An qui partem aliquam Missæ omittit,  
eam supplere obligatus sit,  
& quomodo?*

## CAP. XXII.

**H**IC notandum est, id varijs modis posse cōtingere. Primò fieri potest, vt aliquis ingrediatur Ecclesiam cum animo integram audiēdi Missam, & ingressus incidat in Missam iam inchoatā, & ad Epistolam vsque perductam, quam audit vsque ad finem; hic non peccat mortaliter, quia pars omissa nō est notabilis; neque venialiter, quia eam non voluntate, sed casu omisit. Simili modo: Si quis assistat Missæ cum animo integram Missam audiendi, post Communionem verò Sacerdotis superueniente aliqua necessitate, partem residuam non audiat, non peccat, cū legitimam necessitatis habeat excusationem.

Secundò fieri potest, vt voluntariè pars aliqua nō notabilis omittatur, veluti, si quis Ecclesiam ingredi nolit, vsq; dum lecta sit Epistola, aut citra sufficientem causam ante benedictionē egrediatur,

diatur  
litera  
ratio  
tum  
gatus  
si quis  
omittit  
confite  
uerem  
Du  
Missæ  
aut fin  
defect  
eam p  
omise  
quere  
ptum  
tialite  
to alie  
libera  
facile  
cū in  
& eiu  
plere  
da Mi  
lexer  
Mirū

diatur, certum est talem peccare venialiter; siquidem cōtra rationem est, absq; ratione aliquam Missæ partem; quantumvis minimam, omittēre, cū obligatus sit integram Missam audire. Vnde si quis partem aliquam non notabilem omittat, vt reconcilietur, vel breuiter confiteatur, huic nullum omnino mouerem scrupulum.

Dubitatur hīc: Qui partem aliquam Missæ non notabilem, aut cum culpa, aut sine culpa omittunt, tenebunturne defectum istum supplere in alia Missa, eam partem audiendo, quam in priore omiserunt? Suarez citato loco, §. Sed quæres, putat non teneri; quia præceptum de audienda Missa ea die substantialiter sit adimpletum, etsi cum peccato aliquo veniali. Alijs nimis larga & libera videtur hæc responsio; neq; enim facile capere possunt, quomodo tales, cū integrā audire Missam obligentur, & eiusmodi defectū facili negotio supplere possint, audiendo scilicet in secūda Missa id, quod in prima audire neglexerunt, dicantur ad id non obligari? Mirū (inquam) hoc videtur; nā ad ratio-

nem quod attinet, qua dicitur Ecclesie præceptum iam adimpletum esse, quo ad eius substantiam, verum quidem hoc est; at nihilominus tamen obligari videntur plenarie præcepto satisfacere, quoad scilicet integritatē rei commendatę, cum nihil obstat, quò minus id fieri commodè possit, maximè cum etiam tempus suppetat ad supplendū id, quod ante omiserunt.

Tertiò dico, si notabilis aliqua Missę pars omittatur, sed præter voluntatem, non esse peccatum, manere tamen obligationem supplendi partem illam omissam, quò videlicet adimpleatur præceptum, alioquin peccaretur mortaliter. Verbi gratia; Ingressus aliquis Ecclesiam in Missam incidit, in qua inchoatur Consecratio, & metuens ne aliam Missam habere non possit, dimidiã tantum illam Missam audit. Certum est, hunc præcepto non satisfacisse, vnde si aliam Missam habere possit, tenetur defectum illum supplere. Vbi notandum est, si quis citra causam sufficientem Ecclesiam ingredi differat, & moram faciēdo semetipsum periculo exponat Missam integram

gram  
si cas  
per ne  
riculo  
gram  
casu e  
gat. I  
in Cor  
re, cū  
audien  
mitter  
Dico  
tem ne  
aliã M  
istum c  
re mor  
defect  
ptum, c  
dam ob  
ad mut  
Si verò  
tat, cū  
aut sup  
co eum  
nem tar  
ptum d  
Circ

gram non audiendi, hunc peccare, etiã-  
 si casu Missam integram audiat; quia iã  
 per negligẽtiam suam se ipsum tali pe-  
 riculo vltro exposuit. Quod verò inte-  
 gram Missam audiuit, ex fortuito tãtũ  
 casu est, qui culpã commissam non pur-  
 gat. Ideo quẽ tale peccatum, ceu graue,  
 in Confessione etiam tenetur exprime-  
 re, cũ per eum non stetit, quominus  
 audiendã integrã Missã occasionem a-  
 mitteret.

Dico quartò; Si voluntariẽ quis par-  
 tem notabilem omittat, cum proposito  
 aliã Missam non audiendi, neq; aliundẽ  
 istum defectum supplendi, eum pecca-  
 re mortaliter, cum obligatione dictũ  
 defectum supplendi. Idem enim præce-  
 ptum, quod ad integram Missam audiẽ-  
 dam obligat, pariter etiam eum obligat  
 ad mutandum propositum contrarium.  
 Si verò partem illam notabilem omit-  
 tat, cum animo aliam Missam audiendi,  
 aut supplendi id, quod omissum est, di-  
 co eum non peccare quidem, obligatio-  
 nem tamen manere adimplendi præce-  
 ptum de Missa integra audienda.

Circa modum porrò eiusmodi defe-  
 ctum

K

ctum

ctum supplēdi, quæstio est inter Doctores, an aliam Missam integram audire necesse sit, an verò satis sit audire id solum, quod in priori neglectum fuit? Maior in 4. dist. 12. Soto dist. 13. Nauarrus c. 21, multiq̄ue alij moderni, ad satisfaciendum præcepto, putant satis esse eā duntaxat audire partem, quæ in priori non sit audita; si quis tamen voluntariè, & sine legitima causa totā Missam non audiat ab vno Sacerdote, sed partem ab vno, partem verò ab altero, eum peccare venialiter asserūt; quia communē consuetudinem aliquo modo interrumpat: si verò id faciat legitima de causa, non esse peccatum. Ratio est; quia præceptū tantū obligat ad audiendam totam Missam, non etiam ab vno Sacerdote. Vnde qui partem ab hoc, partem ab illo Sacerdote audit, totam audit Missam, & sic per consequens satisfacit præcepto.

Occurrit hic dubium: Si Sacerdos aliquis iam Epistolam legisset simul & Euangelium, possetne talis in gratiam alicuius Missam de nouo inchoare? Salicetur in Pract. Criminal. c. 4. 1. p. 127. & Franci. Eman. Rodrigues in Summa sua cap.

§. 249. de Missa, putant id peccatum esse mortale, etiamsi fieret, ad magni alicuius Principis instantiam, qui Missam illam à principio audire desideraret. Ratione vtuntur ista: quia nō conuenit tam sublime mysterium ad gratificandum alij de nouo inchoari ac retractari; tum etiam, quia scandalizarentur, qui iam audire Missam inceperunt.

Contrarium tenet Nauarrus in Miscel. de Orat. c. 87. vbi meliori fundamēto ob legitimā causam id fieri posse affirmat, puta, si magnus numerus itinerantium, aut operariorum superueniret, qui nollet secundam Missam expectare. Item si Princeps quispiam cum multis nobilibus superueniat, qui Missam illā à principio audire desideret. Ratio Nauarri hæc est, quòd nullū in Iure Canonico præceptū extet, quo illud prohibeatur; & iusta subsit causa, cur fieri debeat. Ergo etiā fieri potest. Rationibus in contrariū adductis, respōdetur nihil aliud illas probare, quā id facere dūtaxat esse inconueniēs, quod nos etiā concedimus. Neq; hinc circumstantes scandalizari verisimile est, cū id ex chari-



tate & pietate fieri videant. Adde quoddam in Frãcia, in ijs, quibus sui locis, in pra-xi sequantur sententiam Nauarri, quam ego quoque memini me aliquoties tam ferialibus, quã festis diebus obseruasse.

Ad clariorem verò intelligentiam præcepti de audienda Missa diebus festis, dubia hinc aliquot proponam. Primum est: An diebus festis in propria Parochia Missã audire teneamur? Multi Canonistæ partem tuentur affirmatiuã, quam per Extrauagantem Sixti IV. & alios Canones probare conantur. Deinde in Parochijs publicantur festa sequentis septimanæ, proponuntur ieiunia & excommunicationes, matrimonia denique & similia, quæ populo scitu sunt necessaria: vnde nisi in propria Parochia Missam audiant, multi talia ignorabunt, quod incommòdum procul dubio futurum est. Non obstantibus his, veritas hæc est, satisfieri præcepto, si Missam audiamus, in quacunq; id fiat Ecclesia. Præterquam enim quòd idem sentiant omnes Theologi, pro nobis quoque communem Ecclesiæ habemus consuetudinem, qua abrogatum est,

est, c  
rium  
fess.  
Paro  
ad m  
Festis  
nend  
di for  
non e  
rit, i  
re, ma  
Sec  
stis su  
lemn  
excom  
ieiuni  
non ob  
uatam  
est cõn  
verò a  
inde f  
gemus  
fuerun  
Tert  
ciendũ  
dire te  
Missam

est, quicquid ex Iure antiquo in contrarium adduci potest. Vnde Concil. Trid. sess. 22. ordinat, vt moreatur populus Parochias suas frequentare Dominicis ad minimum diebus, & solemnioribus Festis. Cùm ergo Concilium dicat moriendum esse populũ, non autem iubendi formula vtatur, facile apparet, illud non esse præcepti. Rectius tamen fuerit, in proprijs Parochijs Missam audire, maxime si quid publicetur.

Secundum dubium est: An diebus festis summum Sacrum, siue Missam solemnem audire obligemur, cùm in illa excommunicationes, matrimonia, & ieiunia soleant publicari? Respondeo non obligari, cùm audiẽdo Missam priuatam præcepto satisfaciamus. Et hæc est cõmunis Ecclesię consuetudo. Quod verò ad publicationes istas attrinet, aliunde sciri possunt, si nimirum interrogemus illos, qui solemnĩ Missæ interfuerunt.

Tertium dubium est: An ad satisfaciendũ præcepto, istius festi Missam audire teneamur; an verò aliam quamuis Missam, puta votiuam, vel pro defun-

ctis audiendo, præcepto satisfaciamus. Alij, referente Syluestro, verbo Missa. q. 4. existimauerunt necessariũ esse propriam Festi Missam audire: quia Cap. 2. de celeb. Miss. prohibetur Laicis, ne aliam, quàm propriam illius diei Missam audiant. Communis autem & vera sententia hæc est, qualicunq; audita Missa, præcepto satisfieri. Ita sentiunt Syluester, Caietanus, Soto, Nauarrus, S. Antoninus, & alij, omnes hac vsi ratione, quòd Canones duntaxat nobis præcipiant diebus festis audire Missam; cum ergo Missa votiuæ, vel mortuorum, non minus veræ Missæ sint, quàm quæuis alia, necessariò quoque sequitur, quamuis harum Ecclesiæ præcepto satisfacere. Præterea idem approbatur vniuersali consuetudine; neque quisquam est, quantumuis timoracq; conscientia, qui ea de re scrupulum faciat. Ad Cap. de celeb. Miss. respondetur, ibi duntaxat aliquorum superstitionem reprehendi, qui nisi certas aliquas Missas particulares audiissent, se Ecclesiæ præcepto non satisfacisse existimabant.

Quartò

Quartò quæritur: An ex vigore huius præcepti aliquibus diebus plures audire Missas obligemur? Respondetur, non obligari: Quia, vt rectè notat Nauarrus, cap. 21. nulla lex obligat. Vnde quilibet, etiam in festo Natiuitatis, (in quo non ex obligatione, sed ex concessione tres Missas cuiuslibet Sacerdoti legere permissum est) præcepto satisfacere potest, vnicam duntaxat Missam audiendo. Dixi, (ex vigore huius præcepti,) ad distinctionem eorum, qui vel ex voto, vel pœnitentia sibi iniuncta; non tamen ex huius præcepti obligatione, plures Missas audire obligantur.

Quintò quæritur: An, qui obligatus est audire duas Missas; vnâ ex præcepto de diebus festis, alteram verò ex voto aut pœnitentia à Cōfessario sibi imposta, satisfaciat vno eodemq; tempore duabus Missis assistendo, quæ in diuersis Altaribus à diuersis Sacerdotibus celebrantur? Maior in 4. dist. 12. q. 8. putat satisfacere: quia obligatus est audire duas Missas, non autem audire diuersis temporibus, cui quoque astipulatur Suarez disput. 88. sect. 2. in fine, estque probabilis

babilis ista sententia, modò vtramque Missam debita attentione auscultet.

Sextò quæritur: Si quis ex poenitètia, sibi à Confessario iniuncta, die Dominica Missam audire obligatus sit, potestne vnã Missam audiendo vtrique præcepto, Confessarij nimirum & Ecclesiæ, simul satisfacere? Respódeo: Et si Confessarius, ex cuius intentione dependet præsentis quæstionis solutio, semetipsum interpretatus non sit, neque ex verbis eius aut adiunctis circumstantijs colligi possit, eum habuisse intentionem obligandi poenitentem ad audiendum vnã distinctam Missam, nihilominus tamè probabilius videri, duas necessariò Missas esse audiendas. Præterquam enim quòd id est tutius, etiam accedit illud, quòd ordinariè iniungi non soleant in poenitentiam illa opera, ad quæ faciendã ex alio titulo obligamur, nisi rarò admodum, & ob euidentem causam.

*De modo audiendi Missam, ad satisfaciendum præcepto Ecclesiæ.*

CAP.

A  
bito  
quir  
corp  
vt m  
Hæc  
rum  
asser  
tra E  
bus &  
tus, p  
non f  
præf  
I  
fens  
ingen  
Miss  
cerde  
talis  
facen  
diuer  
dos d  
fatis  
ri, v

## CAP. XXIII.

**A**D satisfaciendum præcepto de audienda Missa diebus festis, & vt debito modo audiatur, tria præcipuè requiruntur. Primò, vt quo ad præsentiam corporalem ita prope Missæ assistamus, vt moraliter possimus dici præsentis. Hæc est communis omnium Theologorum doctrina, qui omnes vnanimiter afferunt, eum, qui tempore Missæ est extra Ecclesiam, aut domi suæ, etiamsi rebus & spiritualibus & diuinis sit intentus, præcepto tamen de audienda Missa non satisfacere: quia dici non potest, eum præsentem Missæ assistere.

Dices forsitan: fieri potest, vt præsens aliquis assistat Missæ, sed propter ingentem populi frequentiam, neque Missæ verba percipiat, neque ipsum Sacerdotem sacrificantem intueri possit, talis secundum hanc doctrinam satisfaceret præcepto, cum tamen nihil audiuerit vel viderit eorum, quæ Sacerdos dixerit vel fecerit. Respondeo, ad satisfaciendum huic præcepto non requiri, vt quod dicitur vel agitur in Missa,

K 5      videas

videas vel audias: alioquin enim, qui surdus & cæcus est, satisfacere huic præcepto non posset, quod est falsum, sed satis esse, ut eo modo quis Missæ adsistat, ut quantum in se est, aptus sit ad videndam & audiendam Missam, etsi propter impedimentum aliquod accidentale, cœremonias eius videre, vel verba percipere non possit. Unde audire Missam idem est, quod Missæ adsistere.

Secundò requiritur intentio, id est, ut quis Missæ adsistat volūtariè cum intentione & voluntate adimplendi præceptum. Hinc est, ut si quis coactus & contra voluntatem Missæ adsistat, hoc præceptum non adimpleat: præceptum enim aliquod adimplere, qualecunq̃ue id tandem sit, est actus obedientiæ, qui esse nequit absq̃ue voluntate. Qui ergo per vim & contra voluntatem Missæ adsistit, peccat, neque præcepto satisfacit. Unde S. Antoninus in 2. part. tit. 9. cap. 10. §. 1. dicit seruos ac filios, qui à Dominis ac Pædagogis coacti Missæ adsistunt, cui alioquin non assisterent, non adimplere præceptum: quia carent intentione ac voluntate audiendi Missam:

adeo

adeo vt ad satisfactionem huius præcepti, ante omnia requiratur voluntas audiendi Missam, & intentio satisfaciendi præcepto. Hinc si quis in die festa ex deuotione sua Missam audiat, ita intra se cogitans: Nolo audiendo hanc Missam præcepto satisfacere, nequiquam satisfaciet; quia non solum caret intentione adimplendi præceptum, sed actionem insuper facit intentioni contrariam.

Quæres: Peccabitne talis? Respondeo, si propositum habeat alteram Missam audiendi ad satisfaciendum præcepto, non peccat, & obligatus est eam audire: si verò hoc propositum non habeat, neque speret se habiturum occasionem audiendi aliam Missam, grauius delinquit. Notandum verò hic est, intentionem adimplendi præceptum sufficere, si tantum sit virtualis, quæ semper præsupponitur, nisi contrarius actus appareat. Et continetur talis intentio virtualis in actu volendi audire Missam. Si quis enim ex te quærat: Quare diebus festis Missam audis? Respondebis procul dubio: vt Ecclesiæ præcepto satisfaci-



tisfaciam. Hinc si quis ex deuotione Missam audiat, nesciens ea die festum indictum esse ab Ecclesia, non est obligatus ad audiendam aliam Missam, sed satis est, si velit dūtaxat priori illa Missa huic præcepto satisfactū esse. Quinimò secundum Suárez, disput. 88. lect. 3. sufficit, si arbitretur saltem ita Ecclesie præceptum esse adimpletum.

Quid autem, si quis ingrediatur Ecclesiam, ut foeminas inspectet, adimplebitur nihilominus Ecclesie præceptum? Respondeo; Si talis simul voluntatem habeat adimplendi præceptum, & debita attentione Missæ adsistat, tum quo ad substantiam præcepto eum satisfacere. Ita tenet Medina cod. de Confess. Nauarrus cap. 21. n. 7. & Suarez loco citato. Ratio est, quòd mala ista intentio spectandi ac contemplandi mulieres, modò ne tollat debitam attentionem Missæ, non sit contraria satisfactioni præcepti. Id quod confirmatur, quia si valeret ista ratio, iam si quis Missam audiret cū intentione captandæ vanæ gloriæ, etiam præcepto non satisfaceret, quod falsum est. Dico ergo, etsi mala sit  
 talis

talis intentio, nihilominus tamen, quia manet actus substantialiter bonus, adimpleri nihilominus præceptū, & morem geri Ecclesiæ.

Tertiò requiritur attentio. Vbi notandum, Syluestri illā sententiam, qua, verbo Missa 2. q. 6. existimabat, attentionem interiorem hīc præcepto non præcipi aut imperari: quia scilicet lex humana non extendat se ad actus interiores, tanquam falsam & erroneam ab alijs esse refutatam: actus enim interior quando cum exteriori coniunctus est, etiam humano præcepto alicui potest imperari; talis est attentio, quæ cum oratione vocali, & hīc cum actu audiendi Missam est coniuncta. Idcirco illam præcipere nobis & iniungere etiam potest Ecclesia. Quod dum facit, simul etiā omnes alias prohibet actiones, quæ debitam attentionem impediunt, quales sunt dormitatio, scriptio, lectio, & similes. Iam verò attentio, quæ in audienda Missa requiritur, iuxta S. Thomam in 2. 2. q. 83. art. 13. vbi de Oratione agit vocali, triplex est. Prima, qua quis intētus est in id, quod Sacerdos celebrans dicit

ac facit, licet neq; verborū sensum, nec cœremoniarum significationem intelligat, dūmodò omnes Sacerdotis actus, tanquam sacros & ad diuinum cultum pertinentes, duntaxat contempletur ac suspiciat. Et quamuis hæc sit vltima & simplicissima attētionis species, nihilominus sufficiet ad satisfaciendum præcepto Ecclesiæ.

Altera attentionis species est, quando quis attendit ad id, quod verba & cœremonia Missæ significant, & hæc perfectior est prima, propterea quòd contineat commemorationem passionis Christi, redemptionis nostræ, æternæ gloriæ, & aliorum Dei beneficiorum. Hac perpauci & rari admodum vtuntur distinctè, quia paucis notæ sunt illæ significationes, in confuso verò multi eam adhibere possunt. Tertia attentionis species est, quando quis immediatè intentus est in Deum, illius bonitatem, & inñitum omnis perfectionis pelagus contemplando. Et hæc est excellentissima attentio, reliquarum duarum finis & scopus, quam vt habeant singuli anniti debent. Ad hanc quoq;

quoque illa Missæ verba nos inuitant, *Sursum corda*, quæ exigunt omnem interiorem reuerentiam, animi demissionem, ac humiliationem sub potèti manu Dei: attendendo intentis præcordijs sacra solemnia, deuotis orationibus insistendo, vt dicit Gregor. X. in Cap. Decet, de Immunitate Ecclesiarum in 6.

Hinc si quis in eiusmodi attentione à Deo rapiatur in Extesin, nihilominus hoc præceptum adimplebit, etiã si distraheretur ab omnib<sup>9</sup> ijs, quæ in Missa peraguntur: quia attentio illa virtualis, quam habuit in principio, manet etiam in ipsa Extesi; secus verò est cum ijs, qui seipso voluntariè à Missa distrahunt: illa enim distractio de facto attentionem tollit, & voluntatem attendendi ad Missam interrumpit.

Reliquum nunc est, vt dubia aliqua circa attentionem occurrentia enodemus, quorum Primum est: Sitne necessarium aliquem actualiter habere vnam ex tribus hisce attentionis speciebus per totam Missam, an verò virtualis sufficiat attentio? Respondeo, non quidem necessarium esse  
actua-

actualem habere attentionem, quã diu Missa legitur: hoc enim, moraliter loquendo, impossibile est, aut nimis difficile; duo tamen esse necessaria. Primò, vt quis in principio accedat ad Missam cum animo attentè eam audiendi; deinde, ne volūtariè seipsum distrahat: quibus obseruatis, superueniente aliqua distractione, manebit nihilominus attentio illa virtualis: quòd si verò voluntariè se distrahat, tum attentionem interrumpit, ac peccat.

Secundò quæritur: Si quis in principio Missæ aliquam habeat ex tribus iam dictis attentionis speciebus, poteritne is in processu Missæ ea relicta, alia attentionis specie vti? Respondeo posse; quia singulæ illarum specierû ad debitè audiendam Missam, & satisfaciendum Ecclesiæ præcepto, sunt sufficientes. Quare cum nulla extet obligatio, qua ad hanc potius, quàm illam obligemur, liberum tuius relinquitur, quàm velit eligere ac inter sese pro animi arbitrio commutare.

Tertiò quæritur, cuiusmodi peccatum sit cum distractione audire Missam? Respondeo,

sp  
In  
etia  
ctus  
Miss  
tiffi  
con  
bus  
non  
defe  
tum  
cere  
prin  
toll  
à pe  
mac  
lijc  
bus  
esse  
A  
eue  
cog  
alie  
occ  
qua  
occ  
pcc

spondeo, distractionem esse duplicem: Inuoluntariam, & hæc non est peccatū, etiam si quis per totam Missam distractus sit; verbi gratia. Accedit aliquis ad Missam, eamque incipit audire attentissimè, paulo post, non animaduertens contra voluntatem, cogitat de alijs rebus ad Missam non pertinētibus; talem non peccare certum est; quia ad istum defectum non concurrit voluntas. Certum quoque est, eum præcepto satisfacere: ista enim attentio, quam habuit in principio, cum actu contrario nullo tollatur, virtualiter durat, adeo ut hic à peccato planè excusetur, donec animaduertat se à Missa distractum esse, alijsque de rebus cogitare impertinentibus eo tempore, quo maximè attentum esse conueniebat.

Altera distractio est voluntaria, quæ euenire solet, vel quia deliberatè quis cogitationes suas applicat rebus à Missa alienis; vel quia talibus se actionibus occupat, quæ mentem à Missa auertunt, quales sunt scriptio, lectio, & similes occupationes. Et talis distractio omni peccato vacare non potest, propterea quòd

quòd repugnet attentioni & reuerentiæ, quæ Missæ debetur. Dico deinde, quòd si per eiusmodi distractionem voluntariam, notabilis aliqua pars Missæ audiatur sine debita attentione, peccatum esse mortale, veluti dictum est supra: idem enim est, ac si quis partem istam notabilem voluntariè, & sine iusta causa audire intermitteret.

Hæc est vera & communis doctrina, cui quoq; aliquo modo accedere videtur Medina in Cod. de Confes. vbi dicit, si quis assistens Missæ, nihil aliud quam fabularetur, aut de rebus agat ad mercaturam spectantibus, hunc adimplere quidem præceptum quoad substantiam suam, peccare tamen cõtra præcepti finem. Suarez vbi supra, §. Ex his, falsum id esse dicit, propterea quòd attentio non sit finis duntaxat huius præcepti, sed etiam sit de eius substantia, vti supra dictum est, id quod verum est. Vnde si eiusmodi cõfabulationes aut discussus de rebus mercaturam concernentibus attentionem impediunt per totam Missam, vel notabilem eius partem, citra omne dubium peccatũ mortale

tale committitur: quia præterquã quòd  
ea res maximum præbeat scandalum,  
etiam Ecclesiæ præcepto repugnat. So-  
to in 4. distin. 13. quæst. 2. art. 1. in fine  
dicit: Confabulationes, quæ fiunt sub  
Missâ, etsi quidem sint indecentes, non  
tamen dicendum propter eas aliquem  
transgredi præceptum Ecclesiæ, quod  
similiter falsum est, si tales sint confa-  
bulationes, vt in Missâ debitam atten-  
tionem per partem aliquam notabilem  
impediant. Vnde concludendum, con-  
fabulationes eiusmodi, quæ fiunt sub  
Missâ, semper esse indecentes: quia con-  
trariæ sunt reuerentiæ, tam sacræ & di-  
uinæ actioni debitæ, excepta breui ali-  
qua salutatione, quæ ciuilitatis ergò fie-  
ri potest, si notus aliquis ad Missam su-  
perueniat. Et si confabulationes deuo-  
tionem tollât per partem aliquam Mis-  
sæ notabilem, tum peccatur mortali-  
ter. Si verò confabulatio breuis sit; aut  
longa quidem, sed tamen non ita seria,  
vt debitam Missæ deuotionem tollat,  
peccatum erit veniale, nisi per ignorã-  
tiam, aut aliam aliquam legitimam  
causam excusetur.

Quar-



Quartò quæritur: Liceatne in Missa, quam diebus festis audire obligamur, Psalmum aut alias aliquas recitare orationes? Respondeo licere, modò ne debita Missæ attentio impediatur, simulq; cauendum esse, ne voce nimis elata Sacerdos turbetur, vel circũstantes. Quod intelligendum non modò de ijs orationibus, quæ ex propria deuotione, sed de ijs etiam, quæ ex obligatione recitantur, puta Officia; item orationes, quas ex voto recitare tenemur, aut quæ in pœnitentiam à Confessario nobis sunt iniunctæ. Satius tamen fuerit, soli Missæ intentum esse, quam qui deuotè audit, rem præstat non parui momenti. Quòd si verò orationes aliquas recitare malimus, ne ad res alias vanas & friuolas distrahamur, melius erit eas legere, Sacerdote secretas recitante; reliquũ verò Missæ considerandis cœremonijs, & ijs, quæ à Sacerdote dicuntur, est impèdendum, quò scilicet omnem distractionis euitemus occasionem. Quòd si tamen aliquis, ne cœremonijs quidem intentus, à distractionis periculo liber esse nequeat, huic consultius fuerit

Offi-

Officium, aut Coronam inter audien-  
dum Missam recitare.

Quintò quæritur: Sitne peccatum,  
manducare prius quàm Missam audie-  
ris, & si sit peccatû, cuiusmodi? Respon-  
deo, aliquos in ea fuisse sententia, vt pu-  
tarent, si quis in die festa ante auditam  
Missam, citra causam aliquam euiden-  
tem, ientaculum sumeret, eum mortale  
peccatum committere: sed falluntur,  
quia nullum extat præceptum, quo iu-  
beantur prius Missam audire, quàm mâ-  
ducare. Vnde dico, ientaculum sumere  
antequam Missam audias, ex necessita-  
te aut iusta aliqua causa, omnino nullû  
esse peccatum. Verbi g. si quis debilita-  
te stomachi laboret, vel dolore capitis,  
rectè ientaculum sumere poterit, quod  
erit illi vice medicamenti. Deinde di-  
co, citra causam ientari, antequam  
Missam audias, veniale peccatum esse,  
propter irreuerentiam, quæ Deo in di-  
uino hoc Sacrificio irrogatur. Hinc in  
Confessionibus vt plurimum Christia-  
ni hac de re, ceu de peccato, se accusare  
consueuerunt. Vfus quoque & consue-  
tudo sic obtinuit, vt prius Missa audia-  
tur.

tur, quàm ientaculum sumatur. Quod si tamen id aliquis fecerit in cōtemptum Missæ, dubium non est, quin mortale peccatum committat.

*De his, qui Missam audire obligati sunt,  
& quibus diebus.*

## CAP. XXIV.

**P**rimò, hoc præceptum non extenditur ad Infideles: Ecclesiasticū enim cū sit, eos, qui extra Ecclesiam sunt, ut Infideles, non comprehendit. Deinde etiam Infideles, quia mēbra non sunt Ecclesiæ, non sunt huius Sacrificij capaces, vnde neq; isti Sacrificio adsistentes tolerantur. Secundò neq; Catechumenos hoc præceptum complectitur: nondum enim Ecclesiæ subiecti sunt, ob rationem commemoratam; puta, quia nōdum facti sunt mēbra Ecclesiæ. Hi quoque ad totam Missam non admittuntur, sed duntaxat vsq; ad Offertorium, quæ pars illorum instructioni deseruit. Tertio quoque hoc præcepto non obligantur pueri recens baptizati, quòd vsu rationis sint destituti, quo in statu nec præcepti capaces sunt, nec ad illud exequen-

sequendum idonei. Obligantur igitur ad audiendam Missam Christiani adulti, cuiuscūq; sint status apt conditionis, veluti omnes Theologi ac Summistę affirmāt, quibus communis Ecclesię sententia & consuetudo astipulatur.

Obijciēt fortē aliquis: In Cap. Missas de Consecra. dist. 1. dicitur: *Missas totas audire secularibus præcipimus*: Ergo Religiosi ad audiendam Missam nō astringuntur, quippe cū solis laicis datum sit hoc præceptum. Respōdeo, in eo capite seculariū duntaxat fieri mentionē; quia veluti per se notū præsupponitur, Religiosis, tanquam cultui diuino magis addictis, hoc Ecclesię præceptū necessariō esse adimplendū: vnde in multis alijs Canonibus hoc præceptū ad oēs fideles extēditur, veluti Cap. *Omnes fideles*, & Cap. *Cū ad celebrandas*, & C. *Quo die*. De Sacerdotibus celebrantibus dubiū nō est, quin ipsa celebratione plenius ac perfectius cæteris omnibus auctulantibus, huic præcepto satisfaciāt.

Quæritur: Quo annō quis hoc præcepto obligari incipiat, adeo, vt, Missam non audiendo, mortaliter peccet? Respondeo,

spondeo, id nulla lege Ecclesiastica determinari. Communis tamen opinio est, eam obligationē à tempore discretionis inchoari, qua quis bonum à malo discernit: hinc enim, tanquam ex certo signo vsus rationis, deprehenditur, qui facit hominem capacem peccati, & obligat ad honorandum Deum. Incipit autem hæc discretio in aliquibus anno septimo, in alijs verò citius, vel serius pro diuersitate complexionum & climatum, sub quibus nascuntur; in locis enim frigidis, vt attestatur experientia, serius ratio sese solet exferere, quàm in calidis, in quibus aër subtilior est, & magis acutus. Executio tamē huius præcepti in pueris non est nimium differenda, qui simulatq; probabilia aliqua rationis signa ediderint, statim ad audiendam Missam diebus festis sunt assuefaciendi. Vnde S. Antoninus parentes exhortatur, vt à tenera ætate liberos ad audiendam Missam assuefaciant. Communionis alia ratio est, quæ cum maiorem deuotionem & iudicium maturius requirat, quàm Missa, ad grandiores ætatem differri consuevit.

De

De diebus, quibus audire Missam teneamur, paucis expediri potest. Primò, singulis diebus Dominicis totius anni, veluti constitutum est in Cap. Missas, de Consecra. dist. 1. Idque meritò; cum enim die Dominica multa mirabilia operatus sit Deus, hinc iure etià illa præ cæteris omnibus in Ecclesia celebratur. Ea enim die resuscitatus est Christus Dominus noster, vnde à primitiua Ecclesia ordinatum est, vt illa dies præcipuè præ reliquis omnibus diuino hoc Sacrificio, tam celebrando, quàm audiendo cohonestaretur.

Secundò, Missam audire singulis diebus festis ab Ecclesia indictis obligati sumus, veluti colligitur ex Cap. Si quis, de Consecrat. dist. 1. Itè ex Cap. Et hoc, & ex alijs pluribus, eadem dist. 1. Cui accedit communis Ecclesiæ cõsensus & consuetudo. Ratic quoque idem flagitare videtur: istæ siquidem dies diuino cultui non minus quàm Dominica sunt dedicatæ. Ergo in ijs quoque audienda est Missa, maximè cum in Iure nihil nobis, quo ad cultum diuinum præcepto affirmatiuo iniunctum sit diebus Domi-

L                      nicis

nicis ac Festis, præterquàm vt hoc diuinum Sacrificium celebremus & audiamus, in quo principalis Festorum sanctificatio per vniuersam Christi Ecclesiam consistit.

Hic notandum est Festa, quibus audire Missam obligamur, diuersis modis & occasionibus ordinata esse: quædã scilicet in Iure cõmuni, veluti festum Natiuitatis Domini, Circũcisionis, Epiphaniæ, &c. quorum mentio fit in Cap. vlt. de Ferijs, quanquam multa quoq; Festa in Iure nominantur, quæ hodie nõ sunt amplius in vsu, sed contraria consuetudine abrogata, vt verbi gratia, Festum S. Syluestri, quod non celebratur per vniuersam Ecclesiam. Similiter S. Martini; tota septimana Sancta, & septimana Paschatis. Alia Festa vniuersali consuetudine sunt introducta, veluti Festum Trinitatis, Annuntiationis, aliãq; plura, de quibus nihil meminit Ius cõmune; Alia Festa sunt particularia, cuiusq; ciuitatis ac prouinciæ propria, quæ vel consuetudine particulari, vel Episcopi mandatis sunt introducta, qui talem in Diocesi habet potestatem,

cem, vti videre est Cap. 1. de Consecrat. distinct. 3. & Cap. de Ferijs. Quanquam enim antiquitus ad ordināda Festa tam populi, quā Cleri consensus requirebatur: postea tamen moribus receptum est, vt Episcopi ordinatio vnā cum Capituli consilio sufficeret. Vbi notandum est, particularia hæc Festa terminos suos non excedere: quia quædam in ciuitate obseruantur, quæ tamen ruri extra ciuitatem non obseruantur; alia in vna Parochia sola, alia denique solo tempore antemeridiano obseruantur, quibus in Festis ideo Missa audienda est, quòd sub titulo diuini cultus sint introducta.

Hic moueri dubia aliqua possunt. Primum est: Teneamur in Vigilijs festorum celebriorū, aut diebus Rogationū audire Missam? Respondeo, non teneri. Et si quid in contrarium reperiatur in Canonibus, id totum consuetudine contraria abrogatum esse; aut consilij vice esse, non præcepti vim obtinere; quemadmodum etiam respondetur ad id, quod de Episcopis dicitur



Cap: vlt. de priuil. in 6. non ferendum ijs esse, vt dies citra auditam Missam transeat: consilium hoc enim est, non præceptum.

Secundò dubitatur, an qui in die festa Missam nõ audierit, eam alia die audire obligetur? Respondeo non obligari: cum enim affirmatiuum sit præceptum, obligat duntaxat die festa, quemadmodum etiam ieiunium stato tempore duntaxat obligat. Vnde si Missa ea die citra legitimam aliquam causam audita non sit, culpa per pœnitentiam delenda relinquitur.

Tertiò quæritur, cuiusmodi peccatum sit, si quis absque causa die Dominica Missam audire intermitteret, cum animo audiendi eam die Lunæ; vel si quis die Sabbati Missam anticipet, quæ die Dominica erat audienda. Respondeo, eum peccare mortaliter: Missa enim diei Dominicæ onus est, vnde ea die eam citra iustam causam intermittere, præcepto Ecclesiæ est repugnare. Et è contra, qui ex iusta causa die Dominica Missam audire intermisit, non obligatur audire Missam die Lunæ, neque eam  
antici-

anticipare necesse habet die Sabbati, etiam si præsciret Dominica die se impeditum futurum, ob rationem commemoratam: quia videlicet præceptum obligat in die festa, non autem alia die. Cum Horis diei festæ non est eadem ratio: qui enim præuidet Hora Sexta se non habiturum amplius occasionem audiendi Missam, obligatus est eam audire Hora Prima: quandoquidem præceptum totam illam diem complectitur, intellige tempus antemeridianum.

Quartò quæritur: An cum Festum est in ciuitate, non autem ruri extra ciuitatem, rusticus, qui est in ciuitate, obligatus sit prius audire Missam, quam se ad laborem conferat? Respondeo, partem affirmatiuam videri verisimiliorem.

Quintò quæritur: An peregrini, venientes ad ea loca, in quibus celebrantur Festa particularia, obligati sunt audire Missam sub poena peccati mortalis? Respondeo, si itinerantes sint, certum est non obligari, neque scandalum præbent Missam non audiendo, tanquam itinerantes: sin verò adueniât matutino

tempore, cum intentione manendi in illo loco per illam diem, obligati sunt ad audiendam Missam. Si enim obligati sunt illud Festum obseruare, & sanctificare, etiam ad sistere Missæ obligati erunt; quippe cum Festorum sanctificatio consistat in hoc, ne quis seruilia opera faciat, & vt S. Missæ Sacrificio ad sistat.

*De his, qui à præcepto audiendi Missam diebus festis excusantur.*

## CAP. XXV.

**P**rimò excusantur ab audienda Missa omnes Excōmunicati & Interdicti, etsi propria culpa in talem incurrerint censuram, vnde diebus festis Missam nō audiendo nō peccāt: omnibus enim istis prohibet Ecclesia, etiam festis diebus, diuinis officijs ad sistere. Ergo quoque cessat obligatio ingrediendi Ecclesiā, & audiendi Missam, cum duobus præceptis contrarijs obedire sit impossibile.

Hic dubitari potest, an is, qui abs-

lutio-

lutionem habere potest à censura, & per negligentiam eam impetrare non curat, peccet contra præceptum de audienda Missa? Ex vna parte videtur peccare: per illum enim fit, quò minus impedimentum illud remoueat: deinde, excusabatur quidem ante, quia cōtra voluntatem suam ab audienda Missa prohibebatur, iam verò, dum nō procurat absolutionem, videtur cessare ista excusatio, & Missam voluntariè omittere, & per consequens, neque ab eius omissione excusandus; qui enim causam vult, etiam vult effectum. Ex altera parte Nauarrus cap. 21. numer. 3. negat talem peccare omissione Missæ, propterea quòd stante impedimento censuræ, iuridicè Missam audire intermittat: peccatum verò quòd admittit, non procurando absolutionē, aliud dicit genus esse peccati ab omissione Missæ distinctum. Suarez disp. 88. sect. 6. in principio eiusdem est sententiæ, dicens: talem ex rigore huius præcepti non esse obligatum procurare absolutionem censuræ. Ergo dum hac in parte negligens est, non peccat contra

præceptum, neque postea non audiendo Missam propter censuram, cuius vinculo est innodatus, & per consequens ab huius præcepti transgressione excusandus.

Similiter infirmus, qui negligens est in procuranda sanitate ut Missam audiat, non peccat contra hoc præceptum audiendi Missam in die festa, propterea quòd hoc præcepto non obligetur tale impedimentum remouere. Multis secunda hæc opinio videtur esse probabilis, non tam propter testimonia dictorum Authorum, quàm propter rationes pro ea adductas. Prima verò opinio solam aliquam apparentiam rationis habere videtur, propterea quòd qui potest habere media, etiam obligatus esse videatur ea arripere, quibus ad audiendam Missam iterum admittatur. Cùm ergo censuram tollere possit, quæ impedit, quò minus audire Missam possit, sibi imputet, quòd Missam non audiat. Verùm hæc ratio præsupponit talè stante censura obligatum esse ad audiendam Missam diebus festis. Quod si verum esset, rectè concluderet. Nauarrus verò stante  
censu-

censura eum obligatum esse negat. At  
 dices: Qui propter Excommunicatio-  
 nem, quam sua culpa incurrit, negligit  
 obtinere intra annum absolutionem,  
 peccat. Ergo etiam peccabit omit-  
 tendo Missam. Respondet Suarez, rationem esse  
 longè diuersissimam: præceptum enim  
 de Confessione per se obligat mundare  
 animam, & consequenter etiam obli-  
 gat ad procurandam omnem dispositio-  
 nem necessariam ad peccatorum abso-  
 lutionem; item, vt quis diligens sit in  
 remouendis impedimentis Excommu-  
 nicationis. At cum Missa diuersa ratio  
 est, cuius præceptum duntaxat obligat  
 non habentes impedimentum.

Dubitatur etiam, an is, qui priuile-  
 gium habet audiendi Missam tempore  
 Interdicti, diebus festis Missam audire  
 obligatus sit? Aliqui dicunt quòd non:  
 nemo enim est obligatus vti suo priui-  
 legio; vnde talis, non vtens suo priui-  
 legio, non peccat Missam non audiendo,  
 quemadmodum neque peccant cæteri  
 interdicti: Alij cum meliori fundamen-  
 to asserunt, talè obligari. In his est Soto  
 in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. Nauarrus c. 21. n. 3.

L 5 & Sua-

& Suarez disput. 88. sect. 6. §. Solet. Ratio-hæc est, quia Interdictum excusat ab obligatione audiendi Missam, propter impedimentum quod opponit. Ergo sublato impedimento, præceptum de audienda Missa valet, & vigorem habet. Quare cum pertale priuilegium tollatur impedimentum & prohibitio Interdicti, reliquum est, manere obligationem audiendi Missam; quemadmodum incarceratus, dum carceri inclusus est, non tenetur audire Missam diebus festis; si vero per priuilegium ex carcere liberaretur, iam quoque diebus festis Missam audire obligabitur. Ad id verò, quod dicitur, neminem teneri uti suo priuilegio, respondetur hoc modo: qui habet priuilegium non cogi ut illo utatur, sed præsupposito priuilegio, id est, præsupposito quod nulla adsit prohibitio Interdicti, eum ad seruandum præceptum de audienda Missa obligari.

Secundò ab hoc præcepto excusantur omnes ij, quotquot citra suam culpam & inuincibilem ignorantiam, vel nesciunt hodie Festum indictum esse, quæ vocatur ignorantia facti; vel nesciunt tali Festo se ad audiendam Missam obligari, & dicitur ignorantia Iuris, quæ raro inuinci-

bilis est, & culpa caret, nisi fortè in homine aliquo stupidissimo, aut puero recèter vsum rationis cõsecuto. Quotiescunq; tamen alterutra horũ ignorantiarum interuenerit, à peccato omisſe Missæ in die festo excusamur: vbi enim per ignorãtiam inuincibilem delinquitur, voluntas non concurrit, qua deficiente etiam cessat peccatum. Eadem ratione excusantur, qui ex obliuione naturali vel hodie festum indictum esse, vel audire Missam obliuiscuntur.

Tertiò excusantur, qui corporis infirmitate præpediti, ad audiendam Missam adire Ecclesiam nequeunt: nemo enim obligatur ad id, q̃ non potest, veluti incarcerati, ægroti, &c. Quibus exire domũ licitũ non est propter iuramentũ iustũ, vel mãdatum à Superiore impositũ. Qui in die festa tam procul ab Ecclesia sunt distiti, vt ob id Missam audire non possint. Hinc dubiũ nascitur tale, an qui ex Superiorũ mãdato, vel morbo coguntur manere domi, si Oratoriũ habeat in ædibus ab Episcopo approbatũ, in quo Missam audire possint, obliget̃ur etiam procurare, vt in eo Oratorio celebretur



Missâ, quam audiant? Respondeo, si in  
 ædibus dicatur Missâ, tales obligari ad  
 eam audiendam; quemadmodum etiam  
 incarcerati, si legatur Missâ in carcere,  
 alioquin non obligari. Ecclesiæ enim  
 præceptum ad audiendam Missam die-  
 bus festis duntaxat obligat, non etiam  
 ut quis procuret Missam, aut stipedium  
 Sacerdoti det ad celebrandam Missam.

Quartò excusantur nauigantes pro-  
 cul à terra, velut in naui aliqua magna  
 vel triremi; non enim audire possunt.  
 Cùm enim (vti dictum est supra cap. II.)  
 in mari non sit licitum Missam celebra-  
 re, & ad terram pertingere non possint,  
 meritò excusantur; secus est cum ijs, qui  
 vel in flumine, vel in mari prope ter-  
 ram nauigantes audiendi Missam habet  
 commoditatem. Dicit hîc quispiam: In  
 mari Missâ sicca dicitur: Ergo nauigan-  
 tes in mari Missam siccam audire tene-  
 buntur. Respondeo, æquum quidem ef-  
 se illam audire, cùm sic conseruetur de-  
 uotio, & cultus quoque diuinus aliquo  
 modo exerceatur; sed tamen non esse  
 necessarium, nisi ob periculum scanda-  
 lizatio hæc est, quia Ecclesia nos obli-  
 gat ad-

gat adfistere Missæ Sacrificio: Sacrificiū verò in Missa sicca nullum est, siquidem in illa non consecratur Corpus & Sanguis Domini nostri, qui adoratur. In eadem sententia est Suarez loco citato, hac adductus ratione, quòd Missa sicca, non sit Missa, sed res duntaxat quædam accidentariæ Missæ, ad quas Ecclesiæ præcepto non obligamur.

Quintò excusantur, qui Missam non audiunt propter periculum magnum & notabilis alicuius dāni corporalis, puta vitæ, inimicitia, contagionis, quæ grafatur in eo loco, vbi Missa dicitur. Similiter excusantur, qui à morbo conuauerunt, si ad iudicium prudentis & periti medici adeundo Missam periculum subeant, ne vel in morbum reincidant, aut tardius sanitatem recuperent. Dixi *prudentis*: reperiuntur enim, qui sub prætextu morbi à Missa quidem abstinent, at foras interim egredi, maioresq; subire labores, quàm sit audire Missam, non reformidant.

Sextò excusantur, qui probabiliter inimici vim ac iniuriam, aut notabile honoris detrimentum sibi metuunt.

Hinc etiã mulier nobilis excusatur, quę quòd decenti vestitu vel comitatu suo statui & conditioni conueniente destituatur, ad Ecclesiam ingredi nõ potest; vel si ingredi cogatur, citra verecundiã & ruborem Missę adfistere non possit. De viris nobilibus idem intelligendum, qui similem ob causam, quò minus in publicum prodeant, impediuntur. Quòd si tamen tales audire Missam possint, eo loco, vel tempore, quo à populo non conspiciantur, ob cessantem verecundiam, excusationem amplius non merentur. Huc quoque pertinet casus ille, quo mulier ab audienda Missa excusatur, quę cū ab alijs reputetur honesta, fortè oblato sibi vitio vterum gestat, metuens, ne si Missã publicè audiat, detecto crimine, periculum famę ac honoris patiat: si tamen occultè vel secretò Missam audire possit, audire eam vtiq; tenetur.

Septimò excusantur, qui ingens aliquod damnũ temporale formidat. Verbi gratia: Si quis relicta domo vacua fures extimescat, aut si iter faciēti per locum latronibus infamē Missę audiendę  
causa

causa itineris deserendi sint socij; vel is, cuius sumptibus per viã sustentatur; vel denique is, qui viam ignorantem mōstrat. Quæ omnia tū demum habere locū existimanda sunt, quādo notabile aliquod damnum vel periculum impēdet. Negligere enim Missam ideo dūtaxat, ne socios itineris cogaris deserere, non est causa sufficiens, vt arbitratur Caietanus verb. Festa; Armilla, verb. Missa, nu. 30. & Suarez sect. 6. Similiter pastores ouium, aliarumque pecudum excusantur, quādo quos sibi Missam audiētibus substituant, non habent. Excusat etiam ab hoc præcepto insignis aliqua incommoditas, veluti si quis pedes existēs, tribus vel quatuor miliaribus ab Ecclesia distet, idque coelo præsertim turbido ac pluuioso. Similiter excusatur, cui negotium magni alicuius momēti expediendum est, quod moram non pariat, modò tamen ne interueniat negligentia. Verbi gratia: Scit aliquis cras, quia est Dominica, & audiendam Missam, & simul negotium sibi magni momēti expediendum incumbere, nihilominus tamen tam diu in lecto iacet, vt tam  
audien-

audiendæ Missæ, quàm negotij illius expediendi occasionem amittat: Talis, si omiſſa Miſſa negotiũ suum expediat, non excuſabitur à peccato, propterea quòd, cùm poſſet, illud non ante expedierit.

Octauò ab audienda Miſſa excuſat Charitas proximi, veluti ſi quis omittat Miſſam, vt ne infirmantem ſolum, & auxilio neceſſario deſtitutum, deſerat, non peccat, ſcilicet ſi vtrumq; cõmodè fieri ſimul non poſſit, ſine magno infirmantis detrimento. Ita ſentiũt Caietanus, Soto, & Nauarrus, locis ſupra allegatis. Magnum verò detrimento imminere infirmo intelligitur, non ſolum ſi periculum ſit de illius vita, aut notabili aliquo morbi incremento, verum etiam ſi Miſſæ cauſa medicamenta debito tempore adhiberi non poſſint, aut veriſimile ſit, infirmum propter ſolitudinem id temporis anxietate & tædio inſigni afflictum iri. Hinc queritur, cuiuſmòdi peccatum admittat, qui Miſſam negligit, vt ægroto inſeruiat non urgente neceſſitate? Reſpondeo: Si talis, neminem habens, qui cum in tali caſu

casu consulat, præsentiam suam necessariam existimavit, nullum committit peccatū. Similiter, si id facit, existimans aliquo modo sic expedire, idque bona fide, omittendo Missam propter opus illud pietatis seu charitatis, etiam non peccat mortaliter, ut arbitratur Suarez loco citato. Hic alia duo dubia occurrunt, pertinentia aliquo modo ad charitatem; quorum Primum est tale: Mulier aliqua scit, se perditè amari à viro quopiam ad peccatum facili ac proclivi, poteritne intermittere Missam, ne tali viro peccandi occasionem præbeat? Respondeo primò, eam ideo non esse obligatam manere domi, sed si velit, posse exire & audire Missam: non enim à muliere scandalum istud existit, verum ex nequitia viri. Deinde dico, eam mulierem, si, ut viri istius fragilitati subueniat, domo non egrediatur, non peccare die festa non audiendo Missam. Ita sentit Soto in 4. dist. 13. q. 2. artic. 1. & Suarez loco citato.

Secundum dubium est tale: Si quis ingrediendo Ecclesiam, magnam aliquam rixam aut contentionem probabiliter

biliter timeat ratione præeminētię, vel dignioris loci, aut ob similem causam, excusabiturne ab obligatione audiendi Missam? Respondeo cum ijsdem Doctolibus excusari: neminem enim cum tãti damni periculo obligat Ecclesia. Eadem ratione dicti Auctores eam scēminam excusant, quæ mariti sui rixas ac perturbationes timens, Missam omittit, vt videlicet veniens maritus, omnia parata inueniat. Quod tamen ita intelligēdum est, si grauis admodum maximeque periculosa mariti timeatur perturbatio: exiguam enim satius est dissimulare. Præterea, ne vxoris concurrat negligētia, dum videlicet non satis manē audit Missam, aut prandium debito tempore nō accurat: alioqui enim ab obligatione audiendi Missam non excusabitur.

Tertiò quæritur: Si maritus zelotypus permittere nolit vxori, vt exeat domo, obligabiturne vxor ad audiendam Missam, an verò ad morem gerendum marito? S. Antoninus in 2. par. tit. 9. cap. 10. §. 2. dicit eam obligari ad audiendam Missam. Alij è contra, ad obediendum

dum marito obligari eam affirmant. Veritas hæc est. Quòd si vxor graue damnum sibi timeat, tum parendo marito ab obligatione audiendi Missam excusabitur; sin minus audire Missam tenetur: quo sensu accipiendam esse S. Antonini sententiam affirmat Suarez.

Nondò ab obligatione audiendi Missam excusat seruitus necessaria, & officij còditio. Sic excusantur Milites, custodiètes propugnacula ac portas ciuitatis. Item tenentes excubias, quas citra periculum deferere non possunt. Itè custodes prædiorum & armentorù, si damnù timeant, neq; habeant, quos sibi substituant. Item Nutrices, quibus puerorum cura commissa, quos interdum vnà secum ad Ecclesiam deferre non expedit. His Caietanus, verbo Festa, adiungit veredarios, aliosq; cursores, qui citra magnù incommodù audiendæ Missæ vacare nò possunt. De seruis maior est dubitãdì ratio, quãdo nimirù à præcepto Ecclesiæ de audienda Missa excusentur, & quãdo nò excusentur. Primò, excusantur quomescunq; incidete aliqua necessitate,  
Domi-



Dominus eorum ministerio opus habet. Vbi aduertendum, etsi ad extraordinariam diligentiam non obligentur, puta, vt vel somno se defraudent, vel alios soluta mercede sibi in auxilium adsciscant, quò ab occupationibus suis expediti, Missam audire possint, (quam magnopere laudandi sint, si qui id faciant:) nihilominus tamen maximam in negotijs suis adhibere diligentiam obligari, quò tam Dominorum mandatis, quàm præcepto Ecclesiæ de audienda Missa possint satisfacere; alioquin à peccato non excusabuntur.

Secundò dico, si negotia illa, citra graue aliquod incommodũ, in aliud tempus reijci possint, tum grauiter peccare dominos, qui seruos suos talibus negotijs, quò minus Missam audiant, impediunt: tenentur enim illi non modò seruos suos non impedire ab audienda Missa, citra euidẽtem necessitatem, sed summa etiam diligentia procurare, vt Ecclesiæ præceptis satisfaciant. Quæ est doctrina communis, ex illo S. Pauli i. Cor. 5. desumpta: *Si quis suorum, maxime domesticorum, curam non habet, fidem*

nega-

*negavit, & est infideli deterior.*

Verùm manet difficultas: quid faciet seruus, si à domino tempore Missæ occupationibus non necessarijs, & quæ differri in aliud tempus commodè possunt, implicetur? Respondeo, si præter leuem aliquam exostulationem, aut verborum contumeliam, nihil habet seruus quod timeat, debet audire Missã: si verò magnum aliquod incommodum reformidet, indicabit domino, se necdum Missam audiuisse, & si is nihilominus expediri velit id, quod faciendum illi imposuit, morem gerere seruus poterit, neque peccabit Missam non audiendo. Credendum enim est, Ecclesiam eum non obligare ad audiendam Missam cum insigni aliquo periculo. Quod si tamen id frequenter fiat, obligatus est seruus alium sibi dominum querere, sub quo præceptis Ecclesiæ possit satisfacere. Sin talem inuenire non possit, manere licebit cum priore, modò ne in fidei contemptum à Missa prohibeatur: tunc enim, quia Ius simul violatur diuinum, seruus à peccato excusari non poterit. Dicit aliquis: Atque interim tamen non vide-

tur

tur seruus excusari posse, cum, ut pareat domino, qui est homo, obedire Deo & Ecclesie intermittat. Respondeo: Si in vigore maneret vtriusque precepti obligatio, tam domini, quam Ecclesie, certum est seruum potius Ecclesie obedire debere, quam Domino: quia fortius obligat Ecclesie, quam domini preceptum. Iam vero, quando quidem Ecclesie preceptum de audienda Missa cessat, si magnum aliquod ex eius obseruatione seruo periculum immineat: (non enim, uti dictum est, intendit Ecclesia seruum cum tanti damni periculo obligare: ) hinc est, quod seruus domino morem gerens, Ecclesie precepto non censeatur obstrictus. In hac sententia omnes Theologi conveniunt, pari que modo de mulieribus etiam, ac foeminis, quoad viros suos; & liberis, quoad parentes, respondere recte solet.

Decimo, a precepto audiendi Missam excusant consuetudines nonnullae iustis de causis introducte; quarum Prima est, ut foeminae post partum ab ingressu Ecclesie abstineant, etiam si valetudine

iam

iam confirmata sint. Quod si fiat ex superstitione & obseruatione Iudaica, peccatum est: sin ex reuerentia erga Ecclesiam, laude dignum est, quemadmodum dicitur *Cap. unico de Purificatione*. Quæ consuetudo cum ab Episcopis tolleretur, secundum Caietanum ver. Festa, à præcepto de audienda Missa excusat: secus est cum muliere menstruali; non enim causam habet sufficientem, qua ab Ecclesiæ præcepto excusetur, quemadmodum dicit Gregorius cap. vltim. dist. 5. & de Purif. vbi supra, nisi ita fortè infirma sit, vt citra periculum templum adire non possit, aut aliud quoddam incommodum timeat. Deinde in aliquibus locis moris est, vt viduæ post mortem mariti per aliquod tempus ab Ecclesiæ ingressu sese abstineant, quimos, secundum omnes Theologos, similiter ab audienda Missa excusat: quia fundatus est in certa quadam honestate & decore status viduitatis, quo scilicet viduæ dolorem, ex maritorum morte conceptum, publicè testificentur. Verum ad quod tempus extendit sese talis consuetudo

tudo

tudo; Sylvester & Rosella mensis spatium illi præstunt. Nauarrus cap. 21. num. 4. dicit, in foeminis nobilibus hanc consuetudinem, etiam si per integrum annum seruetur, damnari non posse; quanquam laudabilius sit (inquit) eam non obseruare, quod videatur modum excedere, ideoque ab Episcopis moderanda. Ut ut sit, si est vera consuetudo, & ab Episcopis toleretur, à præcepto quoque Ecclesiæ de audienda Missa excusat. Monet porrò Nauarrus, viduis istis, quæ hanc consuetudinem obseruant, necessariò etiam ob alia negotia domo non esse exeundum; alioquin enim à culpa non excusabuntur.

Tertia consuetudo est nobilium virginum, quæ cum viro maturæ sunt, domo non exeunt, & per consequens neque ad Missam; unde frequenter, ne quid patiantur incommodi, & pro maiori custodia, matres etiam illarum, vel alij vnà cum illis domi manere, & Missam intermittere consueuerunt. Suarez loco citato, §. Sextum, ideo non esse laudabilem hanc consuetudinem dicit, quod diligentius asseruantur virgines, si vnà cum

dum n  
si don  
merer  
est ab  
fenest  
quoru  
illis e  
lenda  
tudo,  
dum q  
minim  
quent  
Nauar  
tinuò  
mine C  
eo loc  
sint,  
Quibu  
co cum  
uarro  
vbicun  
longo  
ab hoc  
cusare  
earum  
uari p  
cunq;

cum matribus ad Missam abeant, quàm si domi maneant; ideoq; tanto maiorem mereri reprehensionem, quãto turpius est abstinere ab Ecclesijs potius, quàm à fenestris, ludis, & publicis spectaculis, quorum spectandorum gratia è domo illis exire nulla est religio. Vnde abolenda meritò talis videtur esse consuetudo, aut certè moderanda, ordinandumq; vt omnes virgines, festis ad minimum solemnioribus, Missas frequentent, quemadmodum rectè notat Nauarrus, propterea quòd Missam continuò omittere intolerabile sit, & homine Christiano indignum, maximè si eo loco ac tempore Missam audire possint, quo à paucissimis conspiciantur. Quibus omnibus nihil obstantibus, dico cum Caietano, Syluestro, Soto, Nauarro & Suarez, talem consuetudinem, vbicunq; fuerit introducta, tolerata, & longo tempore præscripta, sufficienter ab hoc præcepto audiendi Missam excusare, non solùm ipsas virgines, sed earum quoq; parentes, qui eas ita asseruari procurant, earum custodes, & quicunq; cum ipsis domi manent, quando

M

ita

ita videtur necesse. Ratio hæc est, quia Missam omittere nõ est res intrinsecus per se mala, vnde, extante iusta causa, omitti citra peccatum potest. Præsumitur autem hîc esse iustam causam non exeundi; quia consuetudine diuturna, & ab Episcopis tolerata, ita receptum est.

Vndecimò quoque, iuxta nonnullos, ab hoc præcepto audiendi Missam excusat utilitas spiritualis. Hac ratione Angelus, in Summa sua, eum excusat, qui Missam omittit, vt Concionem audiat. Alij excusant illum, qui in die festa Missam intermittit, vt confiteatur. Suarez loco citato putat, has causas ad omittendam Missam non esse sufficientes: alioquin enim (inquit) posset aliquis quoque Dominica die matutino tẽpore pia & fructuosa meditatione se exercere, putando id vtilius esse, quã audire Missam, quod falsum est. Ecclesiæ enim obedire, & præcepta eius observare, est fructus hominis Christiani, adeo vt tum demũ tales casus excusent, quando subest aliqua causa & necessitas moralis, vt dictum est Cap. 20. §. 3.

Duode-

Du  
Cen  
is sit n  
public  
cubina  
tarius  
degra  
audien  
dem e  
fia pro  
de coh  
Nullu  
Si. d.  
delict  
diend  
nicati  
ne non  
mus o  
sed pu  
cuffor  
xis sch  
excom  
bium:  
sam, si  
natim  
lemn  
eus C

Duodecimò excusat impedimentum Censuræ in Sacerdote aliquo : si enim is fit nominatim excommunicatus, aut publicus Clerici percussor, aut Concubinarius, ideoque ab Ecclesia denunciatus; si sit suspensus, interdictus, aut degradatus, non solum ab eius Missa audienda excusamur, sed ne audire quidem eam permittimur; quia id Ecclesia prohibuit, vt videre est Cap. vlt. de cohabit. Cleric. & mulier & Cap. Nullus, 32. d. & Cap. Si qui sunt, 81. d. Propter alia verò Sacerdotum delicta ac peccata, ab eorum Missa audienda non excusamur, etsi excommunicati sint à Iure, vel ab homine, modò ne nominatim: non enim obligati sumus omnem vitare excommunicatum, sed publicum solummodò Clerici percussorem, & eum, qui nominatim affixis schedis, aut alijs solemnitatibus est excommunicatus. Hic occurrit tale dubium: Quid faciendum audiētibus Missam, si ad eandem Missam aliquis nominatim affixis schedis, vel alioquin solemniter excommunicatus, vel publicus Clerici percussor accedat: cum

M 2 alijs



alijs enim excommunicatis Missam audire permissum est, neque eos omnes evitare obligati sumus? Respondeo: Si talis excommunicatus exire nolit, neque expelli queat, circumstantes omnes exire debent, etiam si Sacerdos ab altari non recedat: alioquin enim contra preceptum Ecclesie communicarent cum excommunicato in diuinis. Quod tamen ita intelligendum est, si excommunicatus Missae adsistat, ut eam audiat: si enim aliud aliquod tractet negotium, aut aliam Missam in alia Capella eiusdem Ecclesie audiat, nihil opus est recedere; non enim hoc est communicare cum Excommunicato in diuinis. Hac est doctrina communis, cuius Authores citantur à Suarez Tom. 5. disp. 12. sect. 1. in fine. Quid autem in eo casu faciendum sit Sacerdoti, dictum est Cap. 11. in fine.

Restant duo dubia in hac materia examinanda. Primum est: Anne is, qui ab obligatione audiendi Missam est excusatus, teneatur loco Missae Deum precibus, vel alio quodam modo honorare, quandoquidem honorare Missa non potest? Scot. dist. 9. & 17. quæst. vnica, dicit, quod

quod  
di &  
natur  
ab Ec  
fieri d  
sisten  
ptum  
lebra  
action  
dum,  
doctr  
nemi  
potiu  
clesia  
nauer  
festis,  
las re  
quis v  
Missæ  
lias C  
oblig  
da Mi  
fessio  
fione.  
tionis  
lata s  
confi

quòd teneatur, quia præceptum adorandi & honorandi Deum diuinum est & naturale, tempus verò id ipsum faciendi ab Ecclesia determinatum, qua iubet id fieri diebus festis S. Missæ Sacrificio assistendo: vnde quando dictum præceptum non adimpletur actione Missæ celebrandæ, vel audiendæ, relinquitur alia actione æquivalente id esse adimplendum, nimirum Oratione. Verùm hæc doctrina ab alijs non est approbata, qui neminem ad eiusmodi preces obligari potius existimant, propterea quòd Ecclesia nullam aliam actionem determinauerit ad honorandum Deum diebus festis, præterquam Missam. Ergo ad nullas res alias obligati sumus. Præterea, si quis voluntariè in die festa negligendo Missam mortaliter peccet, non est ad alias Orationes obligatus, multo minus obligatus erit, qui legitimè ab audienda Missa excusatur. Adde quòd in Confessionib<sup>9</sup> nemo se accuset de tali omissione, quod indicium est, ea, quæ de orationibus, alijsque pijs exercitijs hinc allata sint, non tam præcepti esse, quàm consilij.

Alterum, quod circa hanc materiam considerandum venit, illud est: An in sacris Canonibus aliqua poena huius præcepti (de audienda diebus festis Missa) transgressoribus sit præstituta? Respondeo: In isto Cap. Missas de Consecrat. dist. 1. illud duntaxat dici de præcepti huius transgressoribus: *Ab Episcopo publicè confundantur.* Id quod, secundum communem Interpretum sententiam, de publica correctione & reprehensione, vel de excommunicatione publica est intelligendum. Hinc fit, ut in aliquibus locis, qui Missam non audiunt, à Parocho publicè denuntientur. Verum, ut hac in re recto ordine procedamus, commodum videtur, ut qui diebus festis diuino & salutifero huic Missæ Sacrificio adsistere negligunt, moneantur ac corrigantur priuatim. Quòd si id nihil profit, & illi Missam negligere perseuerent, ad Excommunicationem veniendum est; quia res est grauis & scandalosa. Quinimò, qui diebus festis Missam audire non curat, hæreseos suspicionem incurrit.

FINIS LIB. PRIMI.

DE

DE VIRTUTE,  
ET FRUCTIBVS  
SANCTAE MISSAE,  
LIBER SECVNDVS.

Moralia quaedam ad sacram Missam per-  
tinentia complectens.

*Quanti estimanda sit Missa.*

CAP. I.



Væcunq; hætenus dicta  
sunt, ad speculatiuam Mis-  
sæ pertinet cognitionem,  
suntq; desumpta cum ex  
SS. Patrum de Missa do-  
ctrina, nobis in eorū scriptis relicta; tū  
verò ex Quæstionibus, quæ de Missa in-  
ter Scholasticos Theologos agitantur.  
Reliquum est, vt nunc quoq; practicè &  
moraliter quædam circa Missam dispi-  
ciamus, quò non solùm ea, qua par est,  
deuotione Missam celebremus; sed cum  
fructu etiam aliquo eadem legamus ac  
audiamus, qui finis est principalis in  
hoc mihi Opusculo propositus.

M 4

Quif

Quisquis ergo attentè & diligenter quid in Missa agatur considerauerit, facile, procul dubio, iudicabit, nullam inter omnes actiones, quæ in Ecclesia Christi exercentur, tantæ esse Maiestatis ac præstantiæ, ut cum hac conferri possit, quippe in qua tractatur pretiosum Corpus & Sanguis Christi Filij Dei, quo à durissima seruitute peccati uniuersus hic mundus liberatus est, atque redemptus. Missa est Sacrificium excellentissimum omnium eorum, quotquot vnquam præteritis temporibus Deo oblata fuere Sacrificia. Quin imò, quotquot vnquam ab exordio Mundi extiterunt Sacrificia, nulla sunt, si cum hoc Sacrificio S. Missæ comparètur; propterea quòd cum in omnibus alijs Sacrificijs res duntaxat creatæ oblatæ fuerint, in hoc solo æterno Patri offeratur Christus Deus & homo, valoris ac æstimationis infinite, quo nihil nec cælum, nec terra excellentius, aut cælesti Patri gratius; nihil nobis utilius, aut salutaris complectitur, propterea quòd nullum sit donum aut beneficiû, quod per hunc facile à Deo assequi nõ valeamus. Hinc  
facile

facilè cognosci potest, quanta obligatione Deo obstricti simus, qui tam excellenti nos & diuina actione dignos effecit: quantum Deo debeant Sacerdotes, quibus Missam celebrare cõcessum; quantum demum reliqui omnes debeant Deo, qui tanto Sacrificio adfistentes, vberrimis illius fructibus perfruuntur; demum quanti sanctissimum hoc Sacrificium estimare debeamus, quod tã gratum est Deo, tam per se sanctum, & nobis non modò iucũdum, sed & fructuosum. Ad excitandam ergo aliquam in animis nostris deuotionem & affectionẽ erga sacrosanctum hoc Missæ Sacrificium, facta aliquot seu exempla proponam eorum, qui Missam digno præ alijs honore sunt profecuti.

De S. Elisabetha, filia Regis Vngarię, tãto eam amore erga S. Missam affectam fuisse, refert Laurentius Surius in eius vita, vt, quando templum ad audiendam Missam ingrediebatur, (cũ præ nimio eius desiderio mille annos herere in via sibi videretur,) vsq; adeo gressum acceleraret, vt serui ac pedisequæ, quæ illã comitabatur, vix illius assequi vestigia possent.

possent. Missæ inchoatæ, depositis preciosis, quæ gerebat, ornamentis, tam attentam adfistebat, ut nusquam oculos à Missa deflecteret. Quæ deuotio quâ grata fuerit Deo, vel hinc solum constat, quòd fulgore sæpe diuino colluceret, atque illustraretur, adeo ut splendore suo, oculos intuentium perstringeret.

Refert idem Surius de *Bedwige* Poloniæ Ducissa, quòd tanta deuotione Missam prosecuta fuerit, ut etiã multis Missis audiendis nunquã lassaretur, aut fatiaretur. Quando in Ecclesia erat, undique per ciuitatem Sacerdotes ad legendas Missas curabat conuocari. In genibus duo calla ex assiduo eorum inflexione contraxerat, quæ illa quasi duarum pretiosarum gemmarum loco habebat. Quod in eorum confusionem ac ruborem dictum velim, qui vix sine fastidio unquam duraxat audire Missam sustinent, quam longam nimis ac prolixam non conquerantur. Tonitrua magnopere extimescebat: hinc, si quando tonitru cælum contremere, Sacerdotem solebat accersere, quo sacras

manus

manus illius capiti imponente, ab omni metu stabat secunda; idq; totum ex mera nascebatur deuotione, qua S. Missam proferebatur.

Idem Surius scribit de Canonico quodam Hermanno Steinfeldensi, quod a deo in dicenda Missa fuerit deuotus, ut frequenter in extasin raperetur; hinc in vnam aliquando Missam, duas aut tres horas infumebat. Sacrista nimis multum ceræ consumi conquestus, facto experimento, tantundem deprehendit consumi ceræ in alia Missa, quæ vel mediam saltem horæ partem duraret, quantum infumebatur in Missa huius Sacerdotis, etsi tribus amplius horis continuaretur. Solebat idem bonus Sacerdos, ex magna illa erga S. Missam affectione, pilos barbæ, qui sacram Hostiam contingebant; item præsemina vnguium, à primis quatuor digitis resecta, asseruare, indignum putans res eas in terram proijci, quæ sacratissimum hoc Sacramentum contingissent.

Ad testificandam sanctæ Missæ diuinam excellentiam, è cælo descenderunt

M 6 Angeli,



Angeli, non solum, ut sua praesentia sacram hanc actionem coonestarent; sed ut Sacerdoti etiam sacrificanti administrarent. Hinc S. Chrysostomus, Sacerdotem quendam praestantem vitae sanctitate commemorat, vidisse maximam Angelorum splendentibus vestibus ornatum multitudinem, summa cum reuerentia sacratissimae Missae Sacrificio assistisse, non aliter quam Regi Aulici adfistere consueuerunt. Idem scribit Iohannes Rossensis de Heidelbergae Virgine, quae multos Angelos summa cum reuerentia Missae Sacrificio à principio usque ad finem vidit interfuisse. Et Laurentius Surius, in historia de Virgine quadam religiosa, cui nomen Oda, habitante in Brabantiae oppido, appellato Bladese, commemorat, eam duos vidisse Angelos, forma stupendum in modum speciosa, Sacerdoti sacrificanti administrantes, qui brachia sacram hostiam & Calicem eleuantis leuiter erigebant, in iisque demittendis, manicas, ne consecratas Species contingerent, cohibebat: ac deinde complicatis manibus, ac capite nudato, astantes sanctissimum Sacramentum adorabant.

Legi-

Legitur quoq; de Episcopo quodam, qui cū Angliæ Regem aliquamdiu esset præstolatus, vt, à venatione reuersus, Missæ Sacrificio adsisteret, isque diutius quàm oportebat cunctaretur, tandem, quòd videret tempus dicēdæ Missæ elabi, Missam inchoauit: verū cū nullus ex circumstantibus aulicis, metu Regis, illi administrare vellēt, cælitus venerunt Angeli, illique, non sine omnium circumstantium stupore, Sacrificanti inseruierunt. Et nunc vilem aliquem homūcionem (proh dedecus) tam sacræ actioni indecenter, ac sine vllō respectu, aut reuerentia adstare, aut Sacerdoti sacrificanti administrare nolle, non pudeat? Verū quid de Angelis dico? Narrat idem Surius de ouicula S. Coletæ, item S. Francisci, quòd ingressæ Ecclesiam, S. Missæ summa cum modestia adstiterint, & quando eleuabatur sancta Hostia, prouolutas in genua, non ante se, quàm cæremonijs istis finitis, in pedes erexisse. Confundantur igitur, & erubescant Christiani omnes, qui citra debitam deuotionem Missæ adsistūt, & in debito honore Deo exhibendo, à

brutis animalculis superari se patiuntur.

*De pœnis quib<sup>9</sup> animaduertit Deus in eos,  
qui Missam parui penderunt.*

C A P. H.

**C**VM in diuino hoc Missæ Sacrificio principalis fit offerēs Christus Dominus noster, in eoq; sanctissimum eius Corpus, ac preciosissimus Sanguis offeratur, hinc est, ut si quis id ipsum debito honore reuerentiaque non prosequatur, Christus quasi sibi ipsi illatam grauissimè iniuriam existimet. Id verum esse facillimè ex pœnis perspicitur potest, quibus animaduertit in eos, qui non, quanti oportuit, diuinum hoc Sacrificium aestimauerunt, siue Sacerdotes illi fuerunt, qui indignè Missam celebrârunt; siue alij, qui non, qua decuit, veneratione & honore id ipsum condecorârunt.

S. Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus, in Prato Spirit. c. 196. refert, Pastores aliquos, fallèdi temporis causa, simul in saxo confidentes, Missam dixisse, nonnulla Canonis, nonnulla  
etiam

etiam Consecrationis verba vsurpâtes:  
 facilè enim illa ediscere poterât, quip-  
 pe cùm antiquitus alta voce & pedetè-  
 tim à Sacerdote Missa legeretur. Quæ  
 præsumptio adeo displicuit Deo, vt  
 misso cælitus igne, Pastores conflagra-  
 ret atq; consumeret. Simile certis qui-  
 busdam pueris contigit in Scitia, in op-  
 pido quodam Gonago dicto, qui per lu-  
 dum pane & vino super quodam impo-  
 sito saxo, Missam legere ceperunt, Con-  
 secrationis etiam aliquibus verbis te-  
 merè pronuntiaris. Verùm cùm is, quæ  
 personam Sacerdotis agebat, panem  
 frangeret, vt reliquis quasi communi-  
 cantibus distribueret, superueniens è  
 cælo ignis, & saxum, & quicquid illi  
 impositum fuerat, penitus consum-  
 psit; vnde tantus pueros inuasit terror,  
 vt humi prostrati, mortuis quàm viuis  
 similiores, verbum nullum ante diem  
 sequentem proloquerentur. Ad quem  
 locum postea accedens Episcopus, eo  
 quo saxum fuerat loco, in æternam  
 rei memoriam, Ecclesiam ædificari cu-  
 ravit. Disce hinc, pie Lector, nunquam  
 per ludum aut iocum Missæ ceremoniæ  
 verbis-

verbisne temerè abuti. Si enim tam acriter puniti sunt, quos vel rustica simplicitas, vel puerilis ætas poterat excusare, quid de te futurum putes, qui nullam harum excusationum poteris prætere?

Narrat Tilmannus Bredébachus, li. 1. c. 64. suarum Collationum, anno 1574. in ciuitate Hollandiæ Gouda contigisse, vt Catholicus quidam ciuis grauer decumberet, irriferunt eum quidã Calvinisticę sectę, dictitantes per ludibriũ leuius & facilius eum defungi posse, si Missam prius audiisset. Nec mora, quidam ex illis Hermãnus Aldareich profert habitum sacrum, quo Ecclesia Catholica in tremendis Mysterijs vti consuevit, eodemque induitur. Paratur mēsa, expediuntur cætera, quæ in sacris mysterijs vsurpari consueuerunt: adest subornatus Diaconus & Subdiaconus. Canitur Introitus, & quædam aliæ preces, vsurpantur omnes penè per ludibrium cæremoniæ Ecclesiasticæ. Vbi peruentum est ad canticum *Agnus Dei*, ecce festinus accurrit minister sacrificãtis, exponit, vxorem eius coarctari doloribus partus.

partus. Ille Sacrificium sine cauda & sale offerens, non sustinuit in eo persistere donec absolueret, sed protinus excusso habitu, Missa q; missa facta, sese festinus domum proripuit. Inter eundem nuntiatur ei, vxorem duos gemellos enixam. Faustum hoc nuntium, mox ut domum ingressus est, conuertitur in luctum: vterque enim filiulus extinctus est. Vxor is deinde cubiculum ingressus, eam cum morte conflictari, & paulo post defungi videt. Ipse quoque postridie peste corripitur, cum omnibus, qui vel ministerio, vel cantu, imò etiã sola presentia Sacrificio vel tacite, vel expresse suffragati erant, omnesque eadem lue moriuntur. Catholicus verò ex infirmitate decumbens, conualuit.

Vincentius in Speculo Historiali, scribit tempore Henrici Secundi Imperatoris in Ecclesia S. Magni in Saxonia nonnullos in ipso templo saltando, ludendo, & cantando Sacerdotem Missam celebratam perturbasse. Quare Sacerdos, ut à talibus nugis abstinerent, aut aliò se conferrent ijs nuntiauit. Illi sprete Sacerdotis monitione, neque Missæ re-  
spectu

spectu habito, choreas suas nihilominus  
 profectu sunt. Unde commotus Sa-  
 cerdos, ita (inquit) velit Deus & S. Ma-  
 gnus, ut toto hoc anno saltum istum fi-  
 nire nequeatis. Votum iusto Dei iudi-  
 cio res sequitur, ipsique in tantum sal-  
 tarunt, ut pedes ijs ab ima planta ad ge-  
 nua usque excavarentur, donec Heri-  
 bertus Archiepiscopus Coloniensis, cō-  
 miseratione motus, data benedictio-  
 ne, in eadem eos Ecclesia in pristinum  
 statum reduxit, atque reconciliauit;  
 quod tamen ita planè perfectèque fieri  
 non potuit, quin cruribus illorum per-  
 petuus tremor adhæreret, ut nunquam  
 non saltare viderentur.

In Speculo Exemplorum de duobus  
 Sacerdotibus legitur, quòd cum in op-  
 pido quodam Franciæ, ob vitam omni  
 scelerum genere contaminatam, indi-  
 gnè Missam celebrarent, alteri eorum  
 os, nasus, ac mentum intolerabili foetore  
 immarcuerit; alteri verò, dum celebra-  
 ret, cælitus missò igni, utraq; manus ab-  
 sumpta fuerit.

In Sermonibus Discipuli de quodam  
 Sacerdote narratur, qui cum à S. Eligio  
 Episcopo,

Episcopo, vt relicta concubina, vitam, qua scandalum toti præbebat ciuitati, in melius mutaret, admoneretur, ipse verò admonitionibus salutaribus spre- tis, solitis voluptatibus indulgere per- geret, ab Episcopo tandem, quantum- uis inuito, fuit excommunicatus. Ve- rùm cùm Sacerdos sacrilegus Missam nihilominus celebrare non reformi- daret, iræ diuinæ poenam nequaquam impunè euasit. Cùm enim celebraturus Missam astaret altari, in præsentia vni- uersi populi, à Diabolo visibiliter fuit strangulatus.

Refert Gregorius Archiepiscopus Turonensis, cuidam Comiti, in Britan- nia ex pedibus laboranti, à quodam cõ- sultum fuisse, vt si sanari vellet, pedes in vase, quod in Missa vsurparetur, la- uaret; vnde allata patina argentea, sce- lerati hominis secutus consilium, in ea pedes lauat. Verùm confestim diuinam vindictam expertus est, dolore scilicet pedum in tantum ingrauescente, vt ex illa die planè ad ambulandum ineptus, claudicare cogereetur.

Tilman-



Tilmannus Bredenbachius narrat, Parisijs in Ecclesia B. Virginis studiosum quendam, qui Sacerdotem se esse simulabat, Missam dicere instituisse, cūque iam adstaret altari, miraculosè tantus de cælo ignis delapsus est, vt vtramque illi manum incēderet. Quo viso Sacrista, de enormi aliquo crimine eum suspectum habens, inter cætera quoque nūm Sacerdos esset interrogauit: cumq; Sacerdotem se esse asserenti, vehementius ardere manus inciperēt, denuo rogauit eum Sacrista, & confessus est, nūquam sacro Chrismate manus suas inunctas, neq; se Sacerdotem esse, & ob id tam grauitè à Deo punitum.

In Summa Prædic. de homine quodā prædiuite recensetur historia, qui cū diebus festis nihili Missam curās, equo conscenso summo manè prædia sua inuisere consueuisset, & ob id ab vxore grauitè aliquoties reprehēsus, se quid factu opus esset scire responderet, tandem meritas impietatis suæ pænas perfoluit. Cū enim solemni quodā festo pro veteri consuetudine sese in viam dedisset, fit ecce obuius illi Diabolus in  
forma

forma rustici, villici sui, cumq; pedetē-  
tim eum ad ripam ingentis fossę condu-  
xisset, in eandem illum miserabiliter  
præcipitavit, atque ita eundem secutus,  
subitò evanuit.

In Sermonario Dormi Securè legi-  
mus historiam de foemina quadam, quę  
cùm facultatibus ac bonis suis lapsa de-  
speranti similis, ad solitaria se loca cõ-  
tulisset, Diabolum obuium habuit, qui  
pollicitus est illi, si, dum Missa legitur  
in Ecclesia, vagis ac friuolis homines  
sermonibus detineret, fore vt maiores,  
quàm ante nunquam habuisset, diuitias  
consequeretur; acceptat conditionem  
misera, ac mandata exequitur, vnde illa  
præsente, nulla Missa cum attētiõne au-  
diri potuit. Verùm non ita multo post,  
publicè in Ecclesia diuini Numinis vin-  
dictam sensit. Exorta enim tempestate,  
sola illa fulminis iectu deflagrauit, ac  
subitò in cineres redacta est.

In serm. Præd. refertur de quodam  
Missarum inprimis studioso, quòd cùm  
ingressus Ecclesiam iã lectam esse Mis-  
sam videret, lacrymas non continue-  
rit. Quo viso, alius quidam ex circum-  
stan-

stantibus eum derisit, dicens: se tantum nequaquam doliturū, etiamsi vel plures Missas perderet, neq; magni se Missam facere quam iam audiuerat, & eam si acceptare velit, se illi donare paratus. Alter tantum donum magna cū devotione acceptat: donator verò ob exiguum honorem & reuerentiam, quam Missæ habuit, poenam nequaquam exiguam persoluit; è vestigio siquidem à Dæmonio obsessus, ac miserabiliter cruciatus fuit.

*Quam varijs beneficijs Deus Missa  
amantes ac studiosos remunerauerit.*

## CAP. III.

**Q**uam grati & accepti Deo fuerint omnes, quotquot vnquam S. Missæ Sacrificium digno honore ac reuerentiâ sunt profecuti, ex admirâdis beneficijs, quibus tales cumulare solitus est, facile perspicitur. Certum & exploratum est eum, qui res diuinas magni facit, propter Deum, magni quoq; à Deo æstimari. Et quia Deus ter. Opt. Max. à nemine se beneficijs ac liberalitate vinci patitur,

eur, l  
lest  
illū  
ac re  
diui  
ma, c  
Miss  
Opt  
B  
diāt  
xim  
ca il  
fert  
cios  
dun  
iā ef  
ren  
vis,  
æqu  
vox  
occid  
diue  
Que  
huc  
and  
iste  
Star

tur, hinc est, quòd in hac etiam vita cælestibus gratijs ac donis cohonestet, qui illū honorant, S. Missam debito honore ac reuerentia prosequendo, quæ cū res diuina sit, ac Deo multis modis gratissima, certò credendum est, honorem, qui Missæ exhibetur, ipsi quoque Deo ter Opt. Max. exhiberi.

Beneficia porro, quæ diuersi hoc mediante Sacrificio sunt cōsecuti, quia maxima sunt & ppe infinita è multis pauca illorum dūtaxat recēsebo. Primò refert Hieronym. Mengus, duos simul socios ad venationē profectos, quorū vn⁹ dūtaxat ea die Missam audierat, cumq; iā esēt in aperto cāpo, subitò ecce horrenda commouetur tempestas, fulgurū vis, & incursum pluiarū. Verūm nihil æquè terruit eos, ac tremenda quadam vox per aërem audita, quæ dum sonat: *occide, occide*, ille, qui Missam non audierat, fulmine ictus repente cōcidit. Quo spectaculo concussus alter, modò huc, modò illuc discursans, denuo vocē audit: *occide, occide istum*; cumque miser iste nihil præter fulminis ictum expectaret, aliam audiuit vocem, dicentem:

Non

Non possum, quia hodie audiuit: *Verbum caro factum est.* Huic historiae similis alia legitur Sermone 77. in Sermonario, quod intitulatur: *Dormi securè, de Capitaneo quodam Ducis Galeatii, cui nomen Ritus, quem cum continuo persequerentur inimici, laedere tamen nunquam potuerunt ijs diebus, quibus Missam audiuerat; ea verò die, qua Missam non audiuerat, interfecerunt.* Ex quo discat pius Lector, quantum referat quotidie Missam audire.

In Chronica S. Francisci lib. 8. c. 28. & in Sermon. Discipuli narratur historia de puero quodam nobili, ephæbo Dionysij Regis Portugalliae, qui quotidie Missam audiebat, secutus in hoc monitionem sibi à parente relictam. Erat autem tam Regi, quam Reginae, ob insignes virtutes gratissimus. Quod videns quidam ex sodalibus eius, extimulatus invidia, magnum illi apud Regem odium confluxit, dicens secretum amorem inter ipsum & Reginam intercedere; ridete enim Regina ridere quoque ipsum, & vice versa, Regina lacrymante ipsum similiter lacrymari. Rex loco suspicio-

ni dato,

ni dato, ingressus cubiculum Reginae, praesente dicto puero, alapam Reginae impegit. Illa ob impactam sibi alapam lachrymatur, lachrymatur similiter puer, dominae suae commiseratione commotus. Quo viso Rex, in suspitione confirmatus, clam illum e medio tollere cogitavit. Itaque cum aemulo eius consilio habito, fornacarium suum accersit, dicens se sequenti die missurum ad illum unum ex ephæbis suis, quem ab eo in fornacem mitti, & flammis exuri vellet. Sequenti die innocentem puerum ad fornacarium mittit, qui per viam in Ecclesiam incidens, pro consuetudine sua Missam audiuit. Interea socius eius, qui cum apud Regem falso detulerat, de successu sollicitus, Regi dicit, se fornacarium aditurum, quod scilicet exploraret, an is mandatum regium esset executus. Rege annuente, dat se in viam, & dum alter ex inspiratione diuina binis aut pluribus Missis audiendis distinetur, ad fornacarium peruenit: fornacarius hunc subito correptum, in ardentem fornacem proiecit, atque igni enecauit. Finitis Missis venit quoque ad for-

N                      naca-

nacariū innocens, cui fornacarius Regi iubet nuntiare, se iam mandatum regium executum esse. Rex viso puero attonitus, postquam alterum in foveam, quā fecerat, iusto Dei iudicio, cecidisse intellexisset, re penitus introspecta, tandem illius innocentiam, huius verò nequitiam deprehendit, superstitemq; cū ob deuotionem in audiēdis Missis, tum propter alias, quibus excellebat, virtutes, maiore quā ante hac nunquam amore ac beneuolentia complexus est.

Narrat Laurentius Surius, mulierem quandam cæcam, cū summa deuotione S. VVolfhelmi sacrificantis Missam audiisset, oculosq; aqua, qua in lauandis manibus Sacerdos vsus fuerat, abluisset, visum è vestigio recuperasse.

In historia S. Dominici legitur de Napolione nepote Cardinalis S. Stephani, quòd ex equo lapsus, penitusq; fractus, mortē oppetierit; nuntiatur mors eius Cardinali patruo, qui per idē tempus cū S. Dominico colloquebatur. Ille ducto secū S. Dominico, cū ad cadauer nepotis sui peruenisset, eumq; mortuū,

ac pe-

ac penitus deformatum inspexisset, dolore confictatus, S. Dominicum vlnis suis amplexatur ac circumligat. Hic, vt in vicini domum cadauer deportetur, iubet, interim S. Missam celebraturus ad templum pergit. Dum Missam legit, sub eleuationem ecce defunctus quoq; erigere à terra brachium visus est, ad quem lecta Missa redijt S. Dominicus, eumq;ne, paucis orationibus adhibitis, à mortuis resuscitauit.

S. Augustinus vltimo de Ciuitate Dei c. 8. commemorat, suo tempore, in territorio Fussalēsi, fundo Zubedi appellato, fuisse domū quādam adeo à malignis spiritibus infestatā, vt in ea manere nec animalia, nec serui possent; verū post vnicū Corporis Domini Sacrificiū in ea oblatū, ab omni Dæmoniorū afflictione & insultu, planè fuisse liberatā.

In Serm. Discipuli narratur historia de paupere quodā mercenario, qui cū quotidiano sibi labore victū quæreret, ac die quadā ferius à Missa, quā audire quotidie solebat, egressus, neminē inueniret à quo ad laborandum conduce- retur, domū tristis redijt, modū nesciēs,

N 2 quo



quo se suamque familiam ea die sustentaret. Egresso domo, in via quadam diues occurrit, qui rogauit illum, quamobrem ea die non laboraret, respondit quod res erat, se nimirum quia tardius à Missa ad forū egressus esset, à nemine fuisse conductum. Tum, si reuersus (inquit diues) ad templum pro me oraueris, solvam tibi mercedem tuam integram. Reuersus ad Ecclesiam mercenarius, tota die pro diuite orauit, qui suis quoque promissis non defuit, & misso illi prandio, vespere veniente super mercedem ordinariam pane insuper donauit. Ab euntium domum mercenario, occurrit quidam in forma venerandi senis, & quantum à diuite accepisset interrogauit, cumque illi quod res erat dixisset, reuertere, inquit, ad diuitem, ei que renuntia, nisi plus dederit, malè illi cessurum. Obtemperat iussis pauper, & à diuite alios quinque solidos consequitur. Domū abiens, denuo in eundem senē incidit, qui postquam de superadditis illi à diuite quinque solidis certior factus esset, vade (illi dixit) & diuiti renuntia, nisi plus dederit, malè illi cessurum. Addidit diues.

100.  
diu  
sign  
rius  
de il  
dito  
habi  
leem  
mer  
nam

bus  
quo  
ban  
pete  
ros  
rò, e  
labo  
dem  
bori  
in p  
Qua  
pro  
inqu  
Ven  
Miss  
res.

100. solidos & vestem. Sequenti nocte diuiti Christus Dominus apparuit, eiq; significauit, nisi pauper ille mercenarius pro illo orasset, iam actum fuisse de illius vita pariter ac salute. Quo audito diues, accuratiori rerum suarum habita ratione, largissimas deinceps elemosynas (quibus tum vitam redemerat) liberaliter elargiendo, aeternam sibi vitam acquisiuit.

In eodem Libro de duobus factori- bus extat historia, quorum alteri, quod quotidie Missam audiret, omnia cedebant ex animi sententia, abundeq; suppetebant quaecunq; ad vxorem ac liberos alendos erant necessaria. Alteri vero, etsi nullos haberet liberos, nullique labori parceret, adeo, vt ne festis quidem diebus cum vxore sua vacaret à laboribus, nihilominus tamen continua in paupertate ac miserijs erat viuendū. Quæsiuit hic ab altero, vnde tanta illi prosperitas? qui respondens illi: Cras, inquit, mecum veni, & ostendam tibi. Venientem sequenti die secum duxit ad Missam, qua finita redire iussit ad labores. Postera die idem facit. Et cum tertia

quoq; die idem repetere cogitaret, respondens illi pauper, viam (inquit) amice, quæ ducit ad templum, & Missam nõ ignoro; hoc ex te quæro, vnde tanta tibi prosperitas. Tum alter, ex Missa, inquit, vt opinor, secundum illud Christi: *Primum querite regnũ Dei, & reliqua omnia adyicientur vobis.* Pauper hoc dictum Christi accuratius cõsiderans, apud animum suum constituit, deinceps singulis diebus Missam audire, ex quo tẽpore omnia illi prosperè, & sub manus (quot dicitur) successerunt.

Narrat Surius, non procul Lugduno de puella quadam, quæ cum ita miserè morbo vrgeretur, vt neq; de die, neque noctu posset quiescere, virtute S. Missæ penitus fuisse liberatã. Cũ enim Archiepiscopo Tarentino celebranti adfisteret, ex corpore eius palunculi aut festucæ ligneæ acutæ exhibant, quibus cõtinuò pungebatur, miserrimeq; diuebatur.

Aeneas Syluius, quĩ Pontifex Pius II. postea dictus fuit, de Europa ca. 21. scribit, inter Stirienses nobilem quempiam fuisse, cui saepe in animum ceciderit, se-  
ipsum

ipsum laqueo suspendere. Id ægrè ferentem, ex docto quodã viro remediũ petiuisse aduersus eã tentationẽ. Consilium datum, propriũ vti Sacerdotem cõduceret, qui sibi manenti in arce quadam solitaria singulis diebus rem diuinã faceret, paruisse nobilem, atq; annũ ferme cõtinuasse, nulla suspendij cogitatione interueniente. Postremò rogatũ à Sacerdote, vt presbytero vicino, qui tẽpli Dedicationẽ in proximo monte habitur⁹ esset, auxilio esse posset, licentiã dedisse, proponẽtẽ in animo paulo post sequi, & sacris interesse. Stetisse diu postea, nũc vna, nũc altera causa retẽtum. Deniq; circa meridiẽ profectũ, agresti cuidã in nemore occurrisse, qui rẽ diuinã in mõte peractã esse, & populũ omnẽ abijisse diceret. Contristatũ eo nũtio, ignobilẽ infelicẽq; se esse dicẽtem, qui eo die sacrũ Christi Corpus nõ vidisset, agrestẽ cõsolari cõpisse: Venditurum, si vellet nobilis emere præmium, q̄ inter existendũ diuinis meruisset, sagumq; nobilis petiuisse pretij nomine. Venditione facta, nobile nihilominus montẽ ascẽdisse, atq; orasse in tẽplo. Reuersum

autem, in proxima arbore suspensum  
agrestem inuenisse, sed postea diris co-  
gitationibus haud quaquam vexatum  
fuisse.

*Quid facere debeat, qui Ecclesiam in-  
greditur ad audiendam  
S. Missam.*

## CAP. IV.

**V**T debitum ex sacra Missa fructum  
percipiamus, quantum in nobis  
est, procurare debemus, vt bene prępa-  
rati ac dispositi accedamus, cum inten-  
tione, attentè, deuoteque eam audien-  
di. Ac cùm (veluti sæpius dictum est) ni-  
hil aliud sit Missa, quàm Dominicę Pas-  
sionis quædam cõmemoratio & repre-  
sentatio, conuenientissimum pariter ac  
utilissimum videtur consilium, vt qui  
vadit ad audiendam Missam, imagine-  
tur ac fingat se sanctissimam Virginem  
Matrem comitari, non sine vberimis  
lachrymis ac suspirijs, cum S. Ioanne, &  
Maria Magdalena euntes ad Caluaria  
montè, vbi sacrificandus & offerendus e-  
rat æterno Patri dilectus Filius in mûdi  
salu-

salutem ac redemptionem. Hæc imaginatio seu cogitatio efficiet, vt ne cum rilu, quod proprium est eorū, qui omnino carent deuotione, sed potius animo ad Christianam commiserationem composito, exemplo B. Virginis Mariæ, S. Ioannis, & Mariæ Magdalenæ, accedas. Deinde etiam ad hoc non parum afferet adiumentū, vt scilicet tali attentione ornatus, magis magisq; disponaris ad percipiendum fructus ex sanctissimo Missæ Sacrificio vberiores.

Non alienum fuerit ab hoc proposito recensere, quod quidem Missæ studiosus facere solitus fuit, quando eius audiendæ causa ad Ecclesiam se conferebat, vti scriptū est serm. 68. de Dedic. Eccles. in Sermonario dicto Dormi Securè, de Tempore. Vir quidam fidelis erat, hic cū esset mortuus, apparuit suo Sacerdoti fideliter pro ipso oranti, gratias agens, & saluatum se dicens. Cū Sacerdos eum interrogaret, quid in vita sua egisset, quod Deo placuisset. Respondit: quodcumque volui ad Ecclesiam ire, signum Crucis feci ante me, antequam exirem domum, & eundo dixi

Orationem Dominicam, rogando Deū, vt faceret me dignum intrare domum suam. Et postquā veneram ad Ecclesiam processi ad Crucem, dicens quinq; Pater noster, ad honorem quinque vulnerum Christi, & post quodlibet Pater noster, adieci petitionem illam. Primò dixi: Domine, hîc sto ante te, tanquam mendicus ante diuitem, petens vt tuam gratiam mihi pro modulo velis participare. Secundò dixi: Domine hîc sto ante te, vt seruus ante Dominum, petens cibum & potum Corporis & Sanguinis tui, & vestem charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum. Tertio dixi: Ecce sto ante te, vt reus ante iudicem terribilem, petens vt mihi esse velis iudex pius, quando separabitur anima mea à corpore meo. Quarto dixi: Domine hîc sto ante te, sicut amicus ante amicum, petens vt charitas tua eximia trahat me ad te, vt liget me in te, & non permittat me vniquā separari à te. Quintò dixi: Domine hîc sto ante te, sicut filius ante patrem, petens te vt paternam hæreditatem finaliter non velis mihi denegare. Ecce, ille ait,

ita

ita veni & intraui Ecclesiam ; ita dixi  
orationem meam ; & ita veni ad gra-  
tiam. *Huc vsq; ex Sermonario Dormi Se-  
curè.*

Præter autem ea, quæ iã diximus, ne-  
cesse est ei, qui cum lucro aliquo spiri-  
tuali rem diuinã audire velit, in Eccle-  
sia modestum ac compositis esse mori-  
bus, quam ad rem vtilissimum fuerit, si  
cogiter, se non in aula terreni alicuius  
Principis, sed in Dei versari palatio,  
cultui & honori Diuinæ Maiestatis de-  
dicato. Si enim in amici alicuius domo  
te pudet indecèter gerere, atque amico  
molestum esse, multò magis pudebit in  
domo Dei, quæ ædificata & destinata  
est, nō vt inibi Deū offendas, sed honorē  
illi omnē ac reuerentiam deferas, ani-  
mæq; tuę salutē procures. Scito deinde,  
peccata, quæ in Ecclesia cōmittuntur,  
ex loci circumstantia non mediocriter  
aggrauari, magisque oculos Dei, quàm  
quæ alibi cōmittuntur, offendere. Hinc  
S. Martino rem diuinam faciente visus  
fuit Diabolus, minutim omnia anno-  
tare peccata, quæ in Ecclesia admitte-  
bantur: quo signo monemur, ea quoque



præ cæteris maiorem mereri castigatorem.

Demum etiam necesse est, vt ad Missam tribus illis virtutibus Theologicis instructus accedas, Fide videlicet, Spe, & Charitate. Fide quidem, qua credas id, quod in Missa honoratur ac adoratur, esse Christum Deum & hominem, secundum veram & realem eius præsentiam. Spe, qua firmiter cõfidas, te à Deo, tanquam amantiſſimo Patre, certò obtenturum, quicquid vel pro te, vel pro alijs postulaueris. Cum Charitate demum ideo maximè adſistere Missæ opus est, quòd in ea Passio nobis Dominica, quæ beneficium summum & sacrificiũ amoris fuit, repræsentatur.

*Quid interim faciendum sit, dum sacrum  
Missæ Sacrificium celebratur.*

C A P. V.

**M**issam flexis ambobus genibus audire conuenientissimum est, propterea quòd in conspectu versaris eius, cui præcepit Pater cælestis, vt omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum. Ante omnia verò necessaria est

est attentio, vtpote qua non solum præcepto de audienda attentè Missa satisfacimus, verùm etiã disponimur ad maiores ex ea fructus referendos. Sanè si nihil aliud sit, quod excitare nos ad attentionem valeat, vel vnica ista causa sufficiet, quia nimirum scimus, tantò vnumquemq; Deo esse gratiorem, quantò maiorem ad audiendam Missam affert attentionem. Hæc, inquam, sola causa extimulare nos debebat, vt Sacerdoti, *Sursum corda*, dicenti; cum veritate, *Habemus ad Dominum*, respondere possimus. Iam verò quàm difficile sit, dū res diuina agitur, ita animum mentemque continere, vt nusquam diuagetur, vnusquisq; in se ipso facilè deprehendit. Et quamuis, si id fiat contra meam voluntatem, peccatum dici non possit; multis tamen interim bonis spiritualibus nos priuat, quæ certò consequeremur, si debita cum attentione diuino huic Sacrificio adisteremus. Modus igitur inueniendus aliquis est, quo mentem cum Missa, veluti vinculo quodam ita constringamus, vt ab illa euagari longius nequaquam possit.

Eiusmodi verò vinculum, pia aliqua erit mysteriorum, quæ in Missa tractantur, consideratio siue meditatio, circa quam occupatus animus, ad diuersa & à Missa aliena rapi nō possit. Exemplum eius rei appositissimum commemorat Henric. instit. inquisit. de duobus fratribus, quorū alter erat Clericus sciolus, ex eorum videlicet numero, qui nihil non scire videntur; alter verò laicus & idiota, sed Missæ studiosissimus. Querenti ergo die quadam Clerico à fratre suo quid didicisset, & quibus rebus tēpus tereret? Respondit laicus: Ego tres literas didici, quas singulis diebus, maximè verò cū Missam audio, contemplan atq; considero: quarum prima nigra est, altera rubra, tertia verò alba seu candida. Clerico hæc non intelligenti, ideoque horum verborum sensum indaganti, per nigram literam (respondit laicus) intelligo considerationem meorum peccatorum, quæ dolorem & confusionem mihi in animo excitat, dum eum me offendisse video, quem supra omnia amare cōueniebat, quippe à quo tot tantaq; recepi, & nunc indies quoq; recipio

recipio beneficia. Rubra litera, cōfideratio est Passionis & Sanguinis à Christo meæ redemptionis causa effusi; hæc in me generat commiserationem, dum Christum Filium Dei pro ijs, qui ipsum offenderunt, grauissima tormenta sustinuisse cogito. Litera demum alba seu candida, cælestium beneficiorum considerationem significat, quæ consolationem mihi affert, cū ad cælestia gaudia & beatam æternam Dei fruitionem creatū me esse intelligo. His tribus cōsiderationib<sup>9</sup> homo deuotissimus toto Missæ tēpore ita occupatū animum suū tenere solebat, vt nunquam non fructus ex ea vberrimos reportaret.

Vt ergo nos quoque aliquid habeamus, quo mentē, dum diuino huic astamus Sacrificio, exerceamus, operæ præmium mihi visum fuit, ex Missa pias aliquas considerationes, contemplationesque decerptas, tanquam spiritualia quædam animi pabula proponere, quibus intenta mens ad res vanas & friuolas non distrahatur, suoque cū damno maximo cogitationibus implicetur parum honestis.

1. Primò

1. Primò igitur, dum recitatur *Confiteor*, ad animum humanæ naturæ miseriam ac calamitatem reuocabis, in quâ ex Adami primæui Parentis lapsu est præcipitata. Super peccatis tuis dolens, veniam à Deo supplex exposces, eique gratias ages, quòd tempus & occasionem tibi de ijsdem poenitendi concesserit multis denegatum, qui nunc pridem in Inferno ob peccata tuismultò leuiora miseris modis excruciantur.
2. Quando legitur *Introitus*, vehementem illam & ardentem Patrum in Limbo expectationem considerabis, qua Christi Saluatoris aduentû in hunc mundum tam flagrantibus votis expetierunt; orabis quoq; Deum, vt animam tuâ saluare dignetur, doceatq; te ingens illud beneficium cognoscere, quo nasci tibi concessit in gremio S. Matris Ecclesiæ, in qua sola salus, & extra quam nulla salus, sed mera perditio.
3. Quando dicitur *Kyrie eleison*, quod idem est atque, Domine miserere, cogitabis tam peccatorum remissionem, quàm animæ salutem misericordia Dei obtineri, quam non inflatis ac fastu turgidis,

turgidis, sed humilibus cōcedit ac mansuetis. Ideoque à Domino IESV humilitatem flagitabis, quo dignus efficiaris misericordia diuina; humanæ quoque naturæ imbecillitatem ponderabis, quæ cum vulneribus sibi per peccatum inflictis mederi ex se nō possit, ad Patrem cœlestem clamat: *Kyrie eleison*, id est, Domine adiuua nos tua misericordia.

4. Quando legitur *Gloria in excelsis Deo*, cantio illa videlicet nocte Natiuitatis Dominicæ ab ipsis Angelis decantata, ob oculos tibi propones Filium Dei, qui descendit de cælo, & propter tuam salutem in vili stabulo natus est. Gratias illi ages toto pectore, rogabisque, ne irritus tibi illius sit aduētus; sed in tota hac peregrinatione dux tibi esse velit, & protector.

5. Quando dicitur *Dominus vobiscum*, salutationis Angelicæ recordaberis, qua Mariam Virginem Archangelus salutauit, dicens: *Aue gratia plena, Dominus tecum*, qua nulla maior in hac vita dari potest benedictio. Anima enim, cum qua est Dominus, omni felicitate repleta est. Ora igitur Dominum, vt tecum

cum

cum quoque esse, ac omni vitæ tempore manere velit.

6. Quando leguntur *Orationes*, siue *Collectæ*, quibus quasi legationis suæ munere Sacerdos perfungitur, spiritualia bona à Deo nomine totius Ecclesiæ, omniumq; Christianorum flagitando, Deum orabis, vt eorundem te quoque participem efficiat.

7. Quando legitur *Epistola*, animo tuo perpendes, quâ tum laboris susceperint Prophetæ, Apostoli, alijq; Christi discipuli, qui *Epistolas* istas conscripserunt, vt Iudæos ad Christi cognitionem perducerent, quem quia pro Messia suo acceptare noluerunt, à Deo quoque ipsi sunt derelicti. Hunc tu ora, ne te quoque, quemadmodum Iudæos, derelinquat.

8. Quando *Liber* transportatur ad alteram Altaris partem, considerabis, quomodo Iudæis ob cordis duritiem Christum acceptare nolentibus, doctrina Evangelij, quæ viam pandit æternæ salutis, translata fuerit ad Gentiles.

9. Quando legitur *Euangelium*, Christum imaginaberis tibi prædicantem, viamq;

viamq; commonstrantem ad æternā salutem. Ei igitur gratias ages, & cum deuotione Euangeliū auscultabis, rogando Deum, vt gratiam tibi concedat, ea, quæ audieris ac didiceris, exequendi, cū ad consequendam vitam æternam non sufficiat audire verbum Dei, nisi etiam id ipsum custodiatur, id est, in effectum deducatur.

10. Quando recitatur *Credo*, siue *Symbolum* ac Sūma nostræ fidei, Primò studium, laborem, ac zelum Apostolorum in Euangelio per vniuersum Mundum prædicando considerabis, pro cuius confessione vitam etiam ac sanguinem suum effundere non dubitârunt. Secundò tecum perpendes, quanti Reges, Imperatores, ac Philosophi, Christi doctrinam fuerint complexi. Tertio demum Martyrum constantiam ad animū reuocabis, quorum infinita multitudo tam fœminini, quàm masculini sexus, gloriosè mortem oppetendo, fidem Christianam est professa.

11. Sacerdote secundo populū his verbis, *Dominus vobiscum*, salutante, tecum expendes, quomodo, mediāte prædicatione

tione



tionem Apostolorum, Christus Gentilibus annuntiatus, ab ijsque per lumen gratiæ cognitus, summa alacritate fuerit receptus.

12. Sacerdote *Hostiam & Calicem* offerente, contemplaberis feruentem illam & amoris plenam oblationem, qua nostræ prouocandæ salutis causa, Christus Dominus æterno suo Patri obtulit amarum illum Passionis calicem pro nobis bibere, & ignominiosam mortem crucis sustinere. Hic te quoque Deo offeres, paratum quoduis pro nomine eius supplicium perpeti.

13. Dicente Sacerdote. *Orate Fratres*, Christus tibi in mentem veniat, orans in horto, cum scilicet aliquoties Discipulos inueniens dormientes, dixit; *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem*. Hic mentem ad Deum eleuabis, orando, vt Missa hæc illi accepta sit, & animæ tuæ fructuosa.

14. Sacerdote recitante *Secretus*, veniat tibi in mentem eius temporis, ex quo non amplius palam ambulauit Dominus inter Iudæos, sed eorum sese iræ ac furori nonnunquam subduxit, quia  
hora

hora eius nondum venerat. Hic orabis illum, ne à te quoq; se propter peccata tua seiungat aut occultet.

15. Cùm dicitur *Prefatio*, recordaberis introitus Christi, quo in die Palmarum intrauit in Ierusalem, cunctis acclamantibus: *Benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis*. Hic tu eum orabis, vt per gratiam quoq; suam dignetur intrare in te, & ne denuo expellas, quemadmodum Iudæi expulerunt eum, ad crucifigendum.

16. Inchoato Canone *Te igitur*, in quo, tanquam secretò, cum Deo Sacerdos loquitur, ea tecum animo peruolues, quæ in horto inter Christum & æternum Patrem transacta sunt, simulq; anniteris afflictum Christum, bona opera faciendo, non verò cum Apostolis dormiendo, pro tua quoq; virili consolari.

17. Dum *Cruces* formari subinde vides, in mentem tibi veniat duræ crucis illius lignæ, quæ parata fuit ad mortem Saluatoris mundi: cogita quàm patienter eam Dominus, liuidis suis humeris impositam, ad montem Caluarie portauerit, vbi manibus pedibusq; perfossis,

fossis, clavis illi crudeliter est affixus. Roga Dominum, vt robur tibi ac fortitudinem concedat, quò tu quoq; cum amore ac patientia crucem tuam portare valeas.

18. Dum *Hostia sacra & Calix* eleuatur, fingete videre Christum Dominum ià cruci affixum, exaltari non sine copiosa sanguinis effusione, qui ex sanctis eius vulneribus vbertim dimanabat. Hic æterno Patri offeres *Filium* obedientissimum, ad Mundi vniuersi salutem.

19. Quando Sacerdos *Hostiam & Calicē* super *Corporali* reponit, cogita, quomodo Christus, postquã expirauit, de cruce fuerit depositus, corpusq; eius, sindone munda inuolutum, sepulcro impositū. Tu quoque sacro illius sepulcro quære adfistere, non tanquam vnus ex Custodibus à Pilato ordinatis; sed tanquam vnus ex diligentibus Christum, vt Maria Magdalena.

20. Post *Consecrationem* maiori cū deuotione ei, quæ superest, Missę parti adfistendum est: Dominum enim Maiestatis præsentem esse, eiq; multos adesse *Angelos* cogitabis, qui sacrum Altare  
cin-

cinge  
secra  
21. C  
temp  
cro in  
quieu  
scenc  
uit. H  
poter  
dare,  
tur, a  
22. C  
cutiē  
boni  
reuo  
verò  
suor  
quoc  
pecca  
23.  
cogi  
post  
Chr  
rint.  
eius  
vt c  
resu

cingentes, Regem suum in Hostia & cōsecrato vino adorant.

21. Quando dicitur secundò *Memento*, temporis illius, reminisceris, quo sepulcro impositū Corpus Domini nostri requieuit, anima vero eius ad Limbū descendens, Patres inibi detentos liberauit. Hic precibus tuis Christo Domino poteris animas in Purgatorio commendare, vt eas à pœnis, quibus excruciantur, absoluat.

22. Quando Sacerdos, pectus suū percutiēs, dicit: *Nobis quoque peccatoribus*, bodi Latronis conuersionem ad animū reuocabis, qui se peccatorem, Christum verò innocentem confessus, peccatorū suorum impetrauit remissionem. Tu quoque dices: *Deus propitius esto mihi peccatori.*

23. Dum recitatur *Oratio Dominica*, cogitabis, quàm assiduè & ardenter Apostoli, item sanctæ illæ Mariæ, iacente Christo in sepulcro, precibus incubuerint, quamque cupidè Resurrectionem eius expectauerint. Tu quoque eum ora, vt cum augmento gratiæ in corde tuo resuscitetur.

24. Dicen-

24. Dicente Sacerdote: *Pax Domini sit semper vobiscum*, ob oculos tibi pones Christum Dominum resuscitatum iam ac gloriosum, quando scilicet sanctissime Matri, Marię Magdalene, & Apostolis apparuit, gaudiũ omnibus & pacem annuntiando.

25. Quando *Hostia* in tres partes frangitur, Ecclesiam quoq; in tres diuisam esse partes considerabis; quarum prima dicitur Ecclesia triũphans in cælo, estq; Beatorum; altera militans in terra Ecclesia dicitur, quę congregationem fidelium in hac vita complectitur; tertia deniq; Ecclesia purgans, siue patiens in Purgatorio appellatur, estq; animarum quę in altera vita Purgatorij ignib. expurgantur. Tu quoq; Dominum ora, vt in hac vita te purget, quò possis in altera triumphare.

26. Quando dicitur *Agnus Dei*, recordaberis Dominum esse Agnum illum immaculatum, in quem digito Ioannes Baptista commonstrauit, qui vniuersi Mundi peccata in humeros suos recepit, vt passione sua ac morte deleteret.

27. Com-

27.

nis

men

per

con

tua

pare

sic

liud

rio

& ea

vnir

28.

Alta

pote

min

nos

Mun

uert

29.

vobis

etfi

seip

Sacr

man

tion

30.

LIB. SECVNDVS. 313

27. Communicante Sacerdote, vnionis Christi cum sponfa sua Ecclesia in mentem tibi veniat; Itemque eius, qua per gratiam animabus nostris vnitur ac conciliatur. Hinc eum orabis, vt anima tua prius à corpore, quam ipse à te separetur. Deinde quoq; tu spiritualiter sic communicare poteris, quòd nihil aliud est, quam cordis affectu & desiderio sacram Communionem percipere, & ea mediàte, Christo Domino nostro vniri.

28. Quando *Liber* ad alteram denuo Altaris partem transfertur, considerare poteris fore aliquādo, vt Christus Dominus mundum iudicaturus è cœlo ad nos reuertatur, vel vt Iudæi sub finem Mundi Euangelium recipiant ac conuertantur.

29. Quando tertiò dicitur: *Dominus vobiscum*, cogitabis, Christum Dominū, etsi quidem ad cœlos ascenderit, tamen seipsum quoq; nobis hîc in sanctissimo Sacramento reliquisse, ac nobiscum mansurum vsque ad seculi consummationem.

30. In vltimis *Orationibus*, seu *Collectis*,

○

*lectis,*

*lectis*, vnà cum Ecclesia, Sanctissimæ Trinitati, cùm de acceptis beneficijs gratias ages; tum verò maximè, quòd ea die Missam tibi audire concessum fuerit.

31. Quando vltimò dicitur: *Dominus vobiscum*, vltimam illam tubam considerabis, qua cuncti ad tribunal Christi citabimur, quando scilicet venturus est ceu Iudex, omnes cum zelo & iustitia, citra appellationem vltioris sententię iudicaturus.

32. Quando dicitur: *Ite, Missa est*, in mentem tibi veniat asperum illud verbum: *Ite maledicti*, quod impijs dicitur ac damnatis: Item illud: *Venite benedicti*, quod dicitur Electis.

33. Quando datur *Benedictio*, Dominum orabis, vt te quoque nunc benedicat, quòd bona opera cū sanctissimi huius Sacrificij valore coniungendo, in illa Iudicij die æternam vitam consequi merearis.

34. Quando demum dicitur: *In principio erat Verbum*, æterni ac cęlestis Patris amorem in memoriam reuocabis, qui sic dilexit mundum, vt *Filium suum vni-*  
*genitum*

genitum daret, vt qui credunt in ipsum,  
non pereant, sed habeant vitam aeternam.

Amen.

*Quid finita Missa faciendum sit.*

CAP. VI.

**M**issa finita, non confestim est abe-  
undum, sed agenda sunt gratia  
Deo de omnib<sup>9</sup> acceptis beneficijs, Ma-  
ximè verò, quòd ea die S. Missæ Sacrifi-  
cio adfistere tibi concesserit. Deinde o-  
rabis, vt si quos defectus in audienda  
Missa admiseris, ignoscat, cum propofi-  
to, eosdem in futurum emendandi, ma-  
ximè si fabulatus fueris, aut conijciendo  
oculos in alios, mentis distractioni an-  
sam præbueris. Tertio demum orabis,  
vt beneficio eius Missæ, te per illam diem,  
& totum reliquæ vitæ tempus, ad nomi-  
nis sui gloriam, ab omnibus peccatis ac  
periculis tam animæ, quam corporis  
præseruet.

Aliud porrò hîc mihi Exercitij spiri-  
tualis genus proponere operæ pretium  
videtur, quod non minus Deo gratum,  
quam animæ fructuosum fore confido.  
Consistit autem illud in septem virtu-



tum præcipuè imitatione, quas inter cæteras in sacra sua Passione Christus Dominus exercuit. Cùm enim Christû patientem præcipuè nobis Missa repræsentet, consequens est, vt eadem quoq; repræsententur virtutes, ab eo nobis ad imitandum propositæ. Septem verò illæ virtutes, quæ maximè in Passione eius reluxerunt, sunt sequentes: Charitas, Obedientia, Humilitas, Patientia, Mansuetudo, Mortificatio, & Misericordia, in quibus imitandis, si te diligenter, Pie Lector, exercueris, dubium nõ est, quin opus Christo Domino longè gratissimum sis præstiturus; quia certum est, Christum Dominum & Magistrum nostrum ideo de cælo descendisse, vt cùm has, tum reliquas omnes suo exemplo nos virtutes edoceret. Iam verò notum etiam est, quemuis Magistrum maximã hinc delectationem capere, si quæ docet, fideliter discipulos suos percipere ac edificere animaduertat.

Modus tam acquirendi, quam dictas virtutes exercèdi, hic erit: Singulis diebus hebdomadis vnã earum imitandã tibi ac exercendã propones. Verbi  
g. Die

g. Die Dominica Charitatem, Die Lunæ  
 Obedi etiã, & sic deinceps. Ordo por-  
 rò seruetur iste : Die Dominica fini-  
 ta Missa, vel potius ante, per aliquantu-  
 lam temporis immensam Christi Cha-  
 ritatem considerabis, qui vt à peccato  
 nos liberaret, è cælo descendit, per to-  
 tum vitæ suę cursum pro nobis assiduos  
 labores sustinuit, in Passione sua crude-  
 lissimos cruciatus nostri causa perpes-  
 sus est, & demum in Cruce mortem pro  
 salute nostra oppetere voluit. Hinc cõ-  
 uersus ad Christum, in te penitus omnẽ  
 charitatem, tam erga Deum, quam pro-  
 ximum refrixisse confiteberis, orabis-  
 que, vt ignem istum, quem cœlitus secũ  
 ad inflammanda diuino amore hominũ  
 corda detulit, in tuo quoq; pectore ac-  
 cendere non dedignetur. Tertio, quod  
 reliquum est diei, transiges in operibus  
 aliquot Charitatis te exercendo, quorũ  
 vsu & exercitio habitum tibi tam præ-  
 clara virtutis comparabis. Quarto de-  
 mum, si quid ea die contra Charitatis  
 præceptum opere, cogitatione, vel ser-  
 mone admiseris, suppliciter à Deo ve-  
 niam tibi concedi flagitabis, exiguam

interim aliquam spōte pro admissis faci-  
endo pœnitentiam, puta vel osculan-  
do terram, vel pectus tuū percutiendo,  
vel recitādo Angelicam salutationem,  
vel demum signo te S. Crucis signando  
ac muniendo.

Die Lunæ te in virtute Obedientiæ  
exercebis, reducendo ad animum Chri-  
sti exemplum, qui toto suæ vitæ tempo-  
re obedientissimus fuit, dicente S. Pau-  
lo: *Factus obediens vsq; ad mortem. Qui*  
*vt Legi, cui obligatus non erat, obtem-*  
*peraret, circumcidi quoque se passus*  
*est, atque ita non modo dolore, sed &*  
*pudore affici voluit. Præterea Obe-*  
*dientiæ virtuti tam fuit addiētus, vt et-*  
*iam Patri suo cælesti parere parum du-*  
*xerit, dicendo: non mea, sed tua fiat vo-*  
*luntas, nisi etiam Matri suæ ac patri pu-*  
*tatiuo Iosepho morem gereret; quin,*  
*quod maiori dignum est admiratione,*  
*inimicis etiam suis ipsum crucifigenti-*  
*bus obeduit. Hinc sceleratis Ministris*  
*iubentibus Crucem tollere, suis illam*  
*humeris imposuit, in Caluarix monte*  
*se super illa extendit, & vltro se cruci-*  
*figendum præbuit. Deinde toto cor-*  
*dis*

dis affectu à Christo Domino tam excellentem virtutem flagitabis, totaque illa die promptè in omnibus Superioribus tuis obedire anniteris, cum hac tamen lege ac conditione, vt si quis tibi mandauerit aliquid, quod impium sit, quod Christi præceptis vel conscientia aduerfetur, ad id exequendum nequaquam obligatum te existimes, ne proprio quidem Parenti, Marito, aut Confessario. In talibus enim obedire velle hominibus, est Deo oblutari, & peccato sese obstringere. Quod ad reliqua attinet, facies vt dictum est supra.

Die Martis virtutem exercebis Humilitatis, exemplo tibi Christi ob oculos posito, qui cum esset Filius Dei, nostri causa factus homo, tanquam alius quispiam ex plebe baptizari voluit, pedes lauit Discipulis suis, in ligno mori voluit instar infamis medius inter duos latrones. Quoad reliqua, facies veluti faciendum die Dominica admonuimus.

Die Mercurij, quid in sancta maximeque necessaria Patientia virtute præ-

stare possis, erit experiendum, quæ tãta fuit in Christo, vt cum eius ætate ipsa quoque creuerit, ac indies augmentum sumpserit. Vix natus fuit, cùm quæ non in stabulo incõmoda perpeffus est? Paulo post ab Herode in Aegyptum fugere coactus est, à Iudæis seductor appellatus est, magus ac blasphemus, quæ omnia, tantum abfuit, vt impatienter tulerit, vt persequentibus etiam se benefacere allaboraret. In horto captus fuit, & latronis in modum vinculis constrictus. In præsentia Annæ colaphum sustinuit, à Caipha blasphemix insimulatus, ab Herode derisus, in domo Pilati columnis alligatus, mæcipij in modum virgis cæsus, illusus tanquam qui se Regem mentitus sit; demum à vilibus ministris consputari passus est, atque ea omnia ita passus est, vt ne os quidẽ aperuerit, quasi de iniurijs sibi illatis conquesturus. Quid præterea faciendum sit, ex Dominica die require.

Die Iouis in virtute te Mansuetudinis exercebis, cogitando quàm mansuetus fuerit Christus Dominus; non enim asperis & acerbis verbis Discipulos suos

suos.

suos delinquentes corripuit, sed leni ac mansueto animo defectus eorum emendauit. Veluti cum inter se de primatu contenderent, cum item Mariæ Magdalena vngenti Christum pretioso vnguento succenserent. Quin & erga Iudæos inimicos suos ita mansuetus fuit, vt cum eum Dæmonia in nomine Beelzebub Dæmoniorum principis eijcere dicerent, nulla commotus ira, leni modestaque omnibus responsione satisfecerit. Erga Iudam porrò, an non insigniter mansuetum eum fuisse dicemus? Cum enim ab eo se iam venditum esse sciret, ad mensam vnà cū reliquis discipulis admisit, pedes lauit, & in manus inimicorum tradentem, amicè amplexatus est, ab eo se osculari passus est, amicum nuncupauit, de proditiōis crimine mansuetissimè admonuit, manus demum ac pedes vinculis cōstringi more agni sustinuit. Reliqua in Dominica die require.

Die Veneris sancta Mortificationis virtus erit exercenda, quæ in hoc consistit, vt aliquid faciamus contra, quam natura, vel sensualitas appetit ac requirit.

rit. Hic considerabis, quam se in hac vita strenuè mortificauit Christus. Primò, vt Patris voluntati satisfaceret, suæ voluntati omnino renuntiauit, & amarum illum Passionis calicem contra naturæ humanæ inclinationem bibit. Deinde à voluptatibus omnibus sensualibus vtrò abstinuit. Quin etiam in desertum se abdidit, vbi diuturno ieiunio, humi cubando, alijsq; id genus asperis poenitentijs, innocentem suam carnem mirum in modum afflixit ac mortificauit. In Passione sua porro quo ad omnes sensus mortificatus est. Visus enim mortificatus est, instrumenta, quibus torquendus erat, inspiciendo: Auditus, tot tantasque contumelias ac blasphemias audiendo: Odoratus, putidis istis Iudæorum sputis; Gustus, felle & aceto: Tactus demum innumeris verberibus fuit mortificatus. Reliqua ad exercitium huius virtutis requisita; vide supra de Dominica die. Notandum tamen hic est, duobus modis huiusmodi Mortificationem fieri posse. Semel adhibendo ea, quæ afflictionem aliquam corpori afferunt; qualia sunt  
cili-

cilicium gerere, dormire in asseribus, disciplina, & similia. Deinde verò, si propter Christum nos ipsos priuemus ijs rebus, quæ sensui & appetitui nostro placere & grata esse consueuerunt, puta, si intermittamus audire vel videre aliquid eorum, quibus plurimum delectamur, etiam si ea res talis sit, vt vidento rem non peccemus. Similiter si quis ab haustu vini dulcis ac recentis abstineat, aut à cibo sibi temperet palato in primis grato, alijsque rebus similibus. Veruntamen in omnibus discretionem & salutari Confessarij consilio est vtendum, ne quisquam plus quam possit, vel debeat, facere præsumat.

Die Sabbati demum in virtute Misericordiæ te exercebis, quæ in hoc consistit, vt non solum ex proximi calamitate ac miseria dolorem capiamus, sed quoad eius fieri potest, eidem etiã subueniamus. Hic igitur considerabis, quàm misericors Christus extiterit, cum tam multos infirmos ad pristinam sanitatem misericordia motus restituit, quemadmodum legitur de eo, quando viduæ



viduę filium à mortuis resuscitauit. Vbi etiam id notabis, Christum, vt aliorum necessitati subueniret, semetipsum sæpe neglexisse. Vnde vt Samaritanam ex miserijs, quibus affligebatur, alleuaret, & expediret, neq; lassitudinis suę rationem habuit, neque de sumendo cibo sollicitus fuit, quo tum certè vel maxime indigebat.

Cogita deinde Christum ex commiseratione nostri descendisse de cælis, vt pro peccatis nostris satisfaceret, vt que nobis nihil pati necessarium esset, omnem nostram culpam in se transtulisse. Demum erga eos quoque misericordia Christus vsus est, qui ipsum crucifixerunt, non modò non punièdo, cum punire ipsos pro delicti grauitate, si ita visum fuisset, facile potuisset; sed apud Patrem suum cælestem pro ipsis etiam, vt culpam ijs remitteret, intercedendo. Quæ præterea ad hanc virtutem exercendam cõducant, vide supra, vbi de die Dominica actum. Vbi id obseruent ac notèt pij Lectores, vt si ipsi pauperibus elemosyna temporali subuenire non possint, spirituali ad minimum ijs elemosyna

mosyna

mosyna prodesse studeant, orando videlicet Deum, vt quod ipsi præstare nõ possint, id alijs vt faciant inspirare dignetur. Est enim & hic modus Misericordiam exercendi, quo multum apud Deum mereri possumus.

*S. Missam etiam prodesse defunctis,  
& quomodo?*

## CAP. VII.

**S.** Missam quoque prodesse animabus in Purgatorio detentis, in Ecclesia veritas est indubitata, attestante, S. Cõcil. Trid. sess. 25. sub princip. & alibi. S. Augustinus quoque in Enchirid. suo ca. 110. & 111. inter cætera suffragia, aliaque opera defunctorũ animas iuuantia, primas S. Missæ defert. Et sanè si magnus ille Capitaneus Iudas Machabæus, militum in prælio interfectorum animabus succurrẽdum putauit sacrificijs veteris Testamenti, vt legimus 2. Machab. c. 12. quanto magis diuino Missæ Sacrificio poterunt adiuuari, quod sua perfectione infinitis modis omnibus veteris Testamenti Sacrificijs antecellit? Hac de re

O 7

supe-

superius actum est, parte prima capit. 6.  
 Querat aliquis : At quo modo animas  
 in Purgatorio detentas iuuat hoc Sa-  
 crificium? Ad hoc etiam superius respõ-  
 sum est, & breuiter hîc iterum respon-  
 deo, hoc iuuare primò, tanquam Sacri-  
 ficium, quod ex natura sua, seu, vt lo-  
 quuntur Theologi, ex opere operato, vir-  
 tutē habet delendi poenas temporales:  
 secundò, tanquam opus pium ac satisfa-  
 ctorium, à uiuentibus ipsis mortuis ap-  
 plicatum: tertio, iuuat hoc Sacrificium  
 mediantibus orationibus ab ipsa Eccle-  
 sia ad iuuandas mortuorum animas de-  
 stinatis, quibus indulgentiæ, aliæ-  
 que infinitæ gratiæ à Deo obtinen-  
 tur.

Hinc oritur dubium tale: An vide-  
 licet Missa pro defunctis magis profit  
 animabus defunctorum, quàm alia que-  
 nis? Respõdeo: Si Sacrificij naturam at-  
 tendamus, tantum vna iuuat quantum  
 altera; in omnibus enim idem est Sacri-  
 ficium. Si verò ipsas orationes attenda-  
 mus, magis prodest Missa pro defunctis;  
 propterea quòd in hac Missa singulæ  
 prope orationes animæ flagitent libe-  
 rationem,

rationem, quod non similiter fieri solet in alijs: orationes verò id, quod postulant, à Deo impetrare solent. Deinde Missa pro defunctis magis excitat ad commiserationem, facitque ut ardentiori cum affectu oremus pro mortuis, qui in Purgatorio detinentur.

Secundò dubitari potest: An defunctis plus profit Missa alicuius probi Sacerdotis, quam improbi? Verùm ad hanc quæstionem quoque supra affirmatiuè responsum est; propterea quòd magis moueatur Deus precibus amici, quam inimici.

Tertiò quæritur: Vtrum melius & utilius sit homini Missam pro anima legi ante mortem; an verò post mortem? Respondeo: Longè melius esse, si id fiat homine adhuc viuento. Primò, quia Missæ, quæ post mortē dicuntur, satisfactoriæ duntaxat sunt; cedunt enim in solutionem pœnarū, quæ in Purgatorio sustinentur: quæ verò leguntur homine viuento, non tantum sunt satisfactoriæ, quia pro iisdem pœnis satisfaciunt; verum etiam sunt impetratoriæ, quia per eas multa à Deo beneficia ac gratias sibi

sibi acquirunt, qui pro se legi tales Missas procurant. Præterea qui viuētes pro se Missas celebrari curant, multa illi coniungere bona opera possunt, videlicet Eleemosynas, Orationes, Cōfessiones, Communionem, & similia, quod animabus in Purgatorio est negatum. Iam verò certum est, Missas bonorum operum quasi comitatu stipatas, maiorem in conspectu Dei habere efficaciam; præterquam quòd eos quoque, à quibus procurantur, etiam disponant, & aptos efficiant, ad maiorem in hac vita gratiam, in cælo verò coronam promerendam. At dices: Missas, quæ pro defunctis leguntur, animas ex Purgatorio liberare posse, quod non possunt eæ, quæ in hac vita legi procurantur. Respondeo: Pro homine viuēte tot Missas legi posse, vt peccatis omnibus, pro quibus satisfacere in Purgatorio erat obligatus, deletis, & debita satisfactione præstita, ex hac vita excedēs, rectà ad supernam Beatorum sedem euolet, neque vllas in Purgatorio pœnas experiatur, vtpote pro quibus iam plenariè satisfecit. Iam verò dubium non est, satius esse, animæ,

Pur-

Purg  
ing

T

pro

dine

nim

legi

post

nou

legã

anir

uare

euer

anir

neg

illa

pro

o

sas

de

cur

ero

sua

biu

diff

da

p

tur

-

Purgatorium nunquam ingredi, quàm ingressam iterum exire.

Tertiò etiã satius est in vita Missas pro anima celebrare, propter certitudinem & maiorem securitatem. Qui enim adhuc viuens Missas pro anima sua legi procurat, certus est eas legi; si verò post mortem legendæ instituatur, Deus nouit, si legantur, item quãdo, & à quo legãtur. Certissimum autem est, Missam animas in Purgatorio detentas non iuare, nisi legatur actualiter. Vnde sæpe euenire solet, vt multa in Purgatorio animæ sint toleranda & sufferenda, ob negligentiam magis eorum, qui serius illas Missas legunt; quàm qui legi illas procurant.

Quartò, qui post mortem suam Missas pro se legi curat, nihil in id impedit de suo; qui verò in vita eas pro se legi curat, is suam in Missas quoq; pecuniã erogat ac impendit, quod cū pro anima sua ad maiorem Dei gloriam fiat, dubium non est, quin huiusmodi quoque difficultatis causa, quam in impendendo pecunia euincit, plus quoque mereatur.

Quintò

Quintò dictum est supra, plus valere Missam boni ac deuoti Sacerdotis, quàm Sacerdotis impij ac negligentis. Iam qui viuens pro se Missam dici citrat, ipse bonos ac deuotos Sacerdotes potest eligere, quòd non potest, si post mortem eas legi procuret. Sextò melius est in hac vita pro se Missas legi procurare, propter periculum, quod hinc alijs quoque animabus imminere potest. Qui enim post mortem suam Missas legi procurat, Executorum Testamenti animas periculo peccandi exponit, dum vel omnino eas intermittit, vel legi ferius interdum procurant, quorù vtrumque grauissimum est peccatum. Qua de re nullum periculum, si adhuc viuens, Missas pro se legi procuret.

Ab hoc proposito non videtur alienum, quod (ni fallor) in Speculo Morali Vincentij aliquando me legisse memini, de duobus Diabolis, quorum cum alter in alterum per viam incidisset lacrymantem & tristabundum, & iam tristitiæ ac fletus causam inquisiisset, respondit alter, se hominem quendam diuitem ad vsuras, aliosq; id genus illicitos

qua-

quæstus exercendos induxisse, verū eū-  
dem Testamentū nunc condidisse, quod  
malè acquisita restitui iussisset, multis  
præterea legatis pijs pro anima sua re-  
lictis, cuius Testamenti curam quatuor  
Executoribus cōmendasset. Ad hæc ve-  
rò alterū Dæmonem respōdisse, vt, si ita  
se res habet, bono animo sit, omnemq̃  
merorē deponat: Executores enim istos  
nullum omnino ex pijs istis legatis præ-  
stituros, & sic futurum, vt pro vna qua-  
tuor simul animas lucraretur. Quo exē-  
plo non omnes indifferenter Testamē-  
torum Executores doli velim insimu-  
latos, sed hos duntaxat moneo, vt ope-  
ra bona, quæ ipse pro anima tua facere  
potes, per alios fieri non procures; item  
quod hodie fieri potest, in crastinum ne  
differas, secundū illud Ecclesiast. c. 9.  
*Quodcunque facere potest manus tua,  
instanter operare;* quia nimirum ne-  
scis, quodnam cras impedimentum  
interuenire possit. Melius igitur esse  
concludo, vt quis viuens Missas pro a-  
nima sua legi curet, eū sic quoque  
illi prodesse possiat, in vita, in morte,  
& post mortem. In vita; quia à Deo  
gratiam



gratiam impetrare possunt bene viuendi: in morte; quia moriēti fortitudinem & robur aliquod addere possunt, quo munitus securius & feliciter ad alteram vitam transmigret: post mortem verò; quia pro pœnis, in Purgatorio sustinendis, satisfaciunt. Hinc summopere illa mihi arridet consuetudo, qua in Lotharingia multis in more positum animaduerti, vt non Missas dūtaxat in vita pro se legi; sed tanquam mortui iam sint, Exequias etiam fieri, & Officia funeralia decantari procurēt, quibus ipsi presentes adsistunt, multas interim tam fidei, quàm spei ac charitatis actiones exercentes: hanc enim consuetudinem non minus vtilem, quàm Deo gratam esse arbitramur. Quod si tamen aliquis post mortem quoque pro se Missas legi curare velit, dubium non est, quin rem quoq; optimam & laude dignissimam sit præstiturus.

Quartò quæritur: Missæ, quæ pro mortuis dicuntur, quando adiuuent defunctos? Respondeo, si non dicantur, omnino nihil iuuant; si serius dicantur, serius quoq; iuuāt. Imò fieri potest, vt nihil

vt nihil  
demi  
poena  
re po  
subit  
tuisse  
tur, i  
per i  
nas f  
fecit

Q  
legi  
vfun  
deo  
Bapt  
rata  
Beat  
auxi  
vide  
taliu  
ctis a  
non  
ctis  
Quæ  
45.9  
Nau

vt nihil profint. Verb.g. Sit aliquis condemnatus in annum sufferre Purgatorij poenas, hic tam multas Missas procurare potuit, vt si confestim dictæ fuissent, subito eum ex Purgatorio liberare potuissent. Iam verò si post annum dicantur, isti defuncto nihil profunt, qui iam per integrum annum in Purgatorio poenas sustinendo pro peccatis suis satisfecit.

Quintò quæritur: Possuntne Missæ legi pro pueris baptizatis ante rationis usum ex hac vita excedentibus? Respõdeo non posse, cùm illorum animæ per Baptismum ab Originali peccato liberatæ, recta euolant ad cælos, vbi inter Beatos triumphantes, nullo amplius auxilio opus habent. Dicit aliquis: At videmus interdum fieri, vt in sepultura talium puerorum etiã Missa pro defunctis adhibeatur. Respondeo, eã Missam non istius pueri animæ, sed alijs defunctis opus habentibus debere applicari. Quæ est doctrina S. Thom. in 4. distin. 45. quæst. 2. art. 2. Paludani q. 1. art. 2. & Nauarri de Orat. c. 19. n. 65.

Sextum dubium est: Si tanti valoris  
& effi-

& efficaciz est Missa, iam vna sola ad liberandam vnam animam ex Purgatorio videbitur sufficere. Respondeo: Missam, veluti dictum est supra Libr. 1. cap. 9. tantum de poena remittere ex opere operato, quantum Christus Dominus, vt remitteretur, determinauit. Si ergo animæ isti tanta poena in Purgatorio soluenda ac luenda sit, quantum relaxare potest Missa, vna Missa sufficiet; sin verò maiores debeant poenas, propter maiora perpetrata peccata, etiam pluribus Missis opus erit ad eiusdem animæ liberationem.

Septimò quæritur: An Missa lecta pro anima certa ac determinata, illi soli proffit; an verò simul adiumento esse possit omnibus animabus, quotquot in Purgatorio detinentur? Respondeo, Authorem quendam antiquum, cui nomen Præpositus, vt scribit S. Thomas in 4. distin. 45. quæst. 2. art. 4. in ea esse sententia, vt putet tam Missam, quam alia pro particulari defuncto ab Ecclesia facta suffragia, alijs quoque simul prodesse, non secus ac candela, quæ

domi-

domin  
tame  
biculo  
iam T  
Missar  
ticula  
prode  
hoc se  
Purga  
rint.

Cō  
Primò  
mabus  
prode  
guntur  
duntax  
quòd M  
effectu  
tur, om  
sonis a  
etiã dū  
tisfact  
enim a  
pro par  
simul p  
charita  
minus

domino quidem accenditur, omnibus tamen circumstantibus in eodem cubiculo lumen præbet. Caietanus etiam Tomo 1. Opuscul. tr. 16. q. 5. tenet Missam, reliquaque suffragia, quæ particulari defuncto applicantur, alijs non prodesse, nisi quatenus ipsi quoque in hoc seculo viuentes, pro animabus in Purgatorio detentis, diligenter orauerint.

Cõmunis & vera opinio duo astruit. Primò, Missas in cõmune lectas pro animabus omnibus in Purgatorio detētis, prodesse omnibus. Secundò, eas, quæ leguntur pro persona particulari, etiã illi duntaxat esse adiumento: ratio hæc est, quòd Missæ ex applicatione sortiantur effectum. Hinc quæ omnibus applicantur, omnibus quoq; profunt; & quæ personis applicantur particularibus, illis etiã duntaxat opitulatur, idq; quo ad satisfactionem pro pœna: quo ad gaudium enim accidentale, dico eas Missas, quæ pro particularib. leguntur, omnib. etiã simul prodesse. Cum enim omnes sint in charitate, hinc est, vt alterius bono non minus quã suo gaudeat & delectentur.

Lama

Iam verò particularia suffragia particularibus etiam duntaxat prodesse, ijs videlicet, quibus applicantur, auctoritate Papæ Paschalis confirmari posset, qui Missam in Capella S. Zenonis pro anima patris sui, aut alterius personæ particularis celebrantibus, tantas concessit indulgentias, vt ad dictas animas ex Purgatorio liberandas sufficiant. Ea quoque communis est Ecclesię sententia, cui accedit S. Augustinus, de cura pro mortuis c. 4. Quod verò ad similitudinem Præpositi attinet, respondeo eam ad rem præsentem non esse accommodatam. Lux enim candelę non dependet ab intentione eam accendentis, sicuti Missa dependet ab intentione eam celebrantis, sed ex natura sua omnibus circumstantibus in eodem cubiculo lumē communicat. Accommodatius huic rei exemplum præbet, qui lytrum soluens pro captiuo, eum duntaxat è carcere liberat captiuum, quem liberare intēdit; non etiam reliquos, qui eodem in carcere concluduntur.

Quod Caietanus dicit, eiusmodi quidem est, vt excitare quenquam facile possis

possit ad orādum pro animabus in Purgatorio detentis, veruntamen quia fundamento caret, ab alijs Authoribus nō approbatur: responderi enim potest, omnes, quotquot in Purgatorio detinentur, hoc ipso, quōd in gratia Dei ad mortem vsq; perseuerarunt, mereri, vt aliorum quoque suffragijs adiuuentur, dicente S. Augustino in Enchiridio suo c. 109. & no. *Decedentes in gratia dñi hic viuerent, meruerunt post mortem iuari suffragijs viuorum.* Non tamen nego, fieri interdum posse, vt defunctus quispiā in poenam suæ negligentiae, qua viuens in hoc saeculo parum de animabus, in Purgatorio detentis, fuit sollicitus, fructibus etiam suffragiorum, quæ ab alijs fiunt, destituatur, quemadmodum legitur in historia S. Francisci lib. 9. c. 22. de Monacho quodam, qui post mortem cuidam suorum sodalium magnos se in Purgatorio pati cruciatus, significauit, propterea, quōd ad huc viuens in hoc saeculo, negligens fuisset in recitandis precibus pro defunctis, ideoque nihil sibi profuisse Missas pro ipso lectas, propterea quōd in negligentiae suæ pœ-

P

nam

nam earum fructum Deus alijs applicasset. Verum cum exemplum illud sit particulare, legem non constituit vniuersalem.

Octauò quæritur: An Missæ, quæ leguntur à Sacerdotibus mortali peccato obstrictis, profint defunctis? Respondeo prodesse. Quia enim Missæ poenam delent, & ex opere operato satisfaciunt, hinc est, vt quo ad istum effectum à bonitate Ministri non dependeant, à quo dependent duntaxat quo ad applicationem. Cum reliquis suffragijs secus est, qui duntaxat adiuuant ex opere operantis.

*Exempla aliquot, quibus Missam Fidelibus defunctis prodesse ostenditur.*

CAP. VIII.

**R**eliquum est, vt exempla aliqua recenseamus, quibus planum fiat, quantum adiuuenti animæ, in Purgatorio detentæ, ex S. Missæ Sacrificio percipiant. In Vita igitur S. Nicolai Tolentini legitur, quòd ipsemet pro mortuis sæpenumerò celebrando, plurimùs adiuuenti attulerit. Vnde Animæ in

Pur-

Purgatorio vnam ex earum numero electam, cui hoc quasi legationis munere imposito, commendarunt, ad ipsum miserunt, ac necessitate, in qua erant constitutæ proposita, Sanctum Virum rogauerunt, ne Missas pro ipsis dicere intermitteret. Cui ipse respondit, sequenti die (quod dies esset Dominica) se Missam pro defunctis legere nõ posse; Animam verò ingentem illi numerum Animarum spectandam exhibuisse, quæ mirum in modum diris cruciatibus in Purgatorio vexabantur: quo viso, commotum Virum Sanctum, à Priore suo impetrata facultate, non modò die Dominica, sed singulis etiam reliquis, per istam septimanam, diebus pro defunctis Missas celebrando, maximum animarum numerum à Purgatorij pœnis liberasse. Vnde finita septimana, eadem anima ad ipsum reuersa, de auxilio ipsis præstito gratias egit.

Libro 4. Dialogorum S. Gregorij, ca. 55. celebre factum S. Gregorij describitur, de Monacho quodam Iusto nomine. Hic cum ex languore corporis ad extremum peruenisset, innotuit tres



occultatos aureos habere. Quod vt S. Gregorio nuntiatum est, tantum malū de fratre æquanimiter ferre non valuit, quippe eis singulis nulla propria habere licitum fuerat, nimioque mærore percussus, Pretioso, eiusdem Monasterij Præposito, ad se accersito, dixit: Vide, vt nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex cuiuslibet eorum ore percipiat. Cū verò mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed quolibet in sterquilinio fossam facite, & in ea corpus eius projicite, ibiq; super eum tres aureos, quos reliquit, iactate, omnes simul clamantes: *Pecunia tua tecum sit in perditione, & sic eum terra operite, quod ita factum est.* Elapsis iam verò triginta diebus, cœpit S. Gregorius defuncto fratri compati, & euocato ad se Pretioso, Monasterij sui Præposito, dixit: Vade, ab hodierna die diebus triginta continuis offerre pro eo Sacrificium stude, vt nullus omnino prætermittatur dies, quo, pro absolutione illius, salutaris Hostia non offeratur. Qui protinus abcessit, & di-

ctis

ctis  
frat  
dam  
cto,  
cū  
frate  
vsqu  
sum:  
pi.  
Eode  
& ca  
dam  
nimi  
cessi  
Vbi  
Vir  
para  
mag  
hoc  
quad  
illi a  
que  
Qui  
inne  
sus e  
volu  
lerat

ctis paruit. Euo!utis his diebus, idem frater, qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri suo germano, Copioso dicto, per visionem apparuit. Quem ille cum vidisset, inquisiuit dicens: Quid est frater, quomodo es? Cui respondit: Nunc vsque male fui, sed iam modò benefum: quia hodie Communionem recepi.

Eodem Dialogorum S. Gregorij Libro & capite narratur, quòd Presbyter quidam in loco, vbi aquæ calidæ vapores nimios faciunt, quotiens corporis necessitas exigebat, lauari consueuerat. Vbi dum die quadam fuisset ingressus, Virum inuenit ad obsequium suum præparatum, qui & omne ministerium cum magno famulatu perageret. Cumque hoc sæpius fieret, idem Presbyter, die quadam ad balnea iturus, cogitat Viro illi aliquid pro munere portare, secumque duas oblationum coronas detulit. Qui vt ad locum peruenit, hominem inuenit, atque ex more eius obsequio usus est. Lauit itaque, & cum iam vestitus voluisset egredi, hoc, quod secum detulerat, obsequenti sibi Viro pro benedictione

ctione obtulit, petens vt benignè susci-  
peret, quod ei gratia charitatis offerret.  
Cui ille mœrens afflictusque respon-  
dit: Mihi ista quare das Pater? Iste panis  
sanctus est, ego hunc manducare non  
possum. Ego etenim, quem vides, huius  
loci dominus aliquando fui, sed pro  
culpis meis hîc post mortem deputatus  
sum. Si autem mihi præstare vis, omni-  
potenti Deo pro me offer hunc panem,  
vt pro peccatis meis interuenias. Et tûc  
exaudicum te esse cognosce, cum huc ad  
lauandum veneris, & me minimè repe-  
reris. In quibus verbis disparuit, & is,  
qui homo esse videbatur, euanescendo  
innotuit, quia spiritus fuit. Idem verò  
Presbyter hebdomada continua se pro  
eo in lachrymis afflixit, salutarem Ho-  
stiam quotidie obtulit, & reuersus post  
ad balneum, eum iam minimè inue-  
nit.

Cesarius Lib. 12. cap. 37. Historiarum,  
refert de Monacho quodam VVilhel-  
mo nomine, qui completo probationis  
anno, sequenti die cæpit infirmari, &  
post paucos dies sancto fine decedens,  
expleuit tempora multa. Qui statim  
post

post  
rens.  
spon  
cum  
es in  
fiet d  
Con  
re, c  
nifi q  
latio  
adie  
tim  
ex p  
Cap  
temp  
ctam  
recit  
ti, ip  
Pfal  
rat a  
eo o  
stan  
Pfal  
vigil  
VV  
tric  
tula  
ber

post mortem cuidam Monacho appa-  
rens, cum de statu suo requireretur: re-  
spondit se esse in pœnis. De quo verbo  
cum ille territus fleret, & diceret: Si tu  
es in pœnis, qui nunquam peccasti, quid  
fiet de me peccatore, mei que similibus?  
Consolans eum defunctus ait: Noli fle-  
re, quia nullam aliam patior pœnam,  
nisi quod nondum vidi Deum: ipsam di-  
lationem gloriæ, pœnam reputans. Et  
adiecit: Ah quam clarum erit, quod sta-  
tim veniet ante Deum. Rogate, inquit,  
ex parte mea dominum Abbatem, vt in  
Capitulo orationes iniungat pro me ad  
tempus, & vt ipse pro me dicat Colle-  
ctam, sic que liberabor. Manè cum visio  
recitata fuisset domino Henrico Abba-  
ti, ipse Missam celebrauit, in Capitulo  
Psalm. 41. *Quemadmodum ceruus deside-  
rat ad fontes aquarum*, dicendum pro  
eo omnibus iniungens. Conrado Priore  
stante in Choro, cum in vno versiculo  
Psalmi 62. *Deus Deus meus, ad te de luce  
vigilo*, leuiter dormitaret, sæpe dictum  
Vilhelmum sub pallio B. Dei Geni-  
tricis stare conspexit, cum multa gra-  
tulatione dicentem: Modo omnino li-  
beratus sum.

Marcus Marulus Libro 2. refert de Malachia Ceneroth, Hiberniæ vrbis Episcopo, qui quotidie pro sorore sua defuncta Missale Sacrificium Domino offerebat. Cumque magnis quibusdam occupationibus impeditus offerre intermisisset, illa per noctem quiescenti apparens, conquesta est, iam triginta dierum inediã se sustinere: (tantum autẽ temporis ab oblatione Missæ cessatum erat:) proinde petere, vt ipse tandem necessitati suæ subueniret. Quo visu ille admonitus, easdem pro sorore supplicationes nullo non die celebrans, iterum ipsam vidit, & primùm quidem in limine Ecclesiæ stare, deinde Ecclesiam ingredi, postremò Altari proximam Albatorum quorundam choro iungi.

Legitur in chronico S. Francisci lib. 4. cap. 34. in Regno Lusitaniæ duos deuotos Fratres Franciscanos, quorum vni Petro, alij Alfonso nomen erat, eodẽ tempore & loco mortuos: horum alterum F. Alfonso postmodum in Ecclesia cuidam suo amiciori Fratri apparuisse, & interrogatum, quĩ secum actum esset

effet, respondisse: Frater, sub hoc habitu non est nisi ignis. Nam licet per merita virginitatis, mearumque lachrymarum sim in statu gratiæ; nihilominus patior hoc, quia iracundus fui, neque Fratres meos debito in honore ac pretio habui: Addidisse insuper, precibus matris suæ (quæ Deo grata & accepta erat) à maioribus pœnis se liberatum. Ad hæc amico roganti, num Missæ, quas pro illo dixerat, sibi profuissent, respondit: quòd sic, & multò plus profuturas fuisse, si cum maiori deuotione & feruore dictæ fuissent.

In Sermonibus Discipuli legitur, quendam Episcopum, vnum è suis Sacerdotibus ab officio suspendisse, eò quòd singulis diebus Missam pro defunctis legeret. Episcopus cum nocte quadam ad Matutinum iturus, cæmeterium pertransiret, mortui se leuârunt, varia instrumenta in manibus habentes, comminantes, & vociferantes: Ecce Episcopum, qui pro nobis non celebrat, neque nostrum Sacerdotè celebrare permittit. Episcopus consternatus, subitò vocari fecit Sacerdotem, eo que à Suspensione

sione absoluto, non solum libertatem illi reliquit Missam dicendi quam vellet; sed etiam cohortatus est eum, ut ad liberandas ex Purgatorio animas, pergeret dicere Missam pro defunctis.

Vincentius in Speculo Histor. lib. 2. dist. 12. part. 1. refert, Religiosum quendam in dicendis Missis pro defunctis, quas iuxta Ordinis institutum dicere Religiosi consueverant, negligentem fuisse. Quo iam naturæ concedente, non ob id reprehensio tantum, verum & hunc in modum correptio infecuta est, ita ut Missas omnes, aliasque orationes, quæ pro illo dicendæ erant, Deus alteri applicari (quod ipse nullum earum fructum perciperet) voluerit.

Ros. Serm. Præd. memorat, Patavij in domo Doctoris Ioannis Matthæi Curtij magnum de nocte strepitum cuiusdam defuncti spiritum excitasse, ita ut quietem Doctor ac somnum oculis capere, etiam si sociorum præsentia frueretur, non posset. Comperto autem animam esse suffragijs opus habentem, ut curavit pro ea Missas aliquas legi, strepitus & molestia desierunt.

APPEN-

## APPENDIX,

*Dubia aliquot complectens, quæ de  
bito loco non fuerunt  
collocata.*

## CAP. IX.

**P**rimum dubium est: Si quis Missam  
audire intermittat die Dominica, in  
quam simul Apostoli alicuius Festum  
incidit, queritur, an hîc simpliciter pec-  
cet; an verò dupliciter? Nauarrus in Sû-  
ma ca. 11. num. 4. vers. Ex quo colligitur,  
arbitratur eum geminum peccatum cõ-  
mittere, ideoq; etiam in Confessione  
exprimendum. Alij, inter quos etiam  
est Azorius, lib. 7. ca. 2. sub finem, vnum  
duntaxat peccatum committere arbi-  
trantur, propterea quòd illa præcepta  
non diuersas respiciant virtutes, sed v-  
nam solam, quæ est Religio.

Secundum dubium: Si Latinus quis-  
piam Missam Græcam audiat, satisfaci-  
etne præcepto Ecclesiæ? Respondeo sa-  
tisfacere: quia Missa Græca vera Missa  
est, cùm in illa Corpus & Sanguis Do-  
mini nostri consecratur, ac Sacerdotes  
Græci



Græci, veri quoque sint Sacerdotes. Adde, quòd in Ecclesiæ præcepto, non dicitur Missam secundùm Latinum, vel alium ritum audiendam. Hinc etiam satisfacit, qui Missam audit Ambrosianam. In hac sententia est Soto in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. At secus fuerit, si quis cum Hæreticis communicet in illorum Ecclesia, propterea quòd nec ipsi legitimi sint Sacerdotes, neq; in tali Cæna Christi corpus consecratur.

Tertium dubium est: Quòd si in loco aliquo alia Missa non legatur præter Græcam, tenebuntur ne Latini sub pœna peccati mortalis audire Missam Græcam? Respondeo, teneri. Cùm enim Missa Græca vera sit Missa, etiam illam audire obligati sumus.

Quartum dubium: An Latinus aliquis, cùm audire Latinam Missam possit, peccet audiendo Missam Græcam? Respondeo: Si neque scandalum, aut Episcopi interdictum obstet, & subsit aliqua legitima causa, nullum committit peccatum.

Quintum dubium: Si quis cum peccato Missam audiat, satisfacietne præcep-

to? Respondeo: Sunt qui negent, propterea quòd præcepta adimpleantur per actum virtutis obedientiæ. Cùm ergo peccatum actus sit vitiosus & malus, cõsequens videtur, cum peccato præceptũ Ecclesiæ de audienda Missa adimpleri non posse. Communis autem & vera doctrina hæc est, ad implenda præcepta, quo ad illorum substantiam, non requiri actum virtutis, bonum finem, aut rectam voluntatem. Si quis enim honoraret parentes, aut Eleemosynam daret vanæ aucupandæ gloriæ causa, certum est eum præceptis istis satisfacere, quãuis id non fiat per actum virtutis.

Sextum dubium: Quale committit peccatum, qui in die festa confitetur tẽpore Missæ, cùm alia Missa haberi non possit, vnde Missã ea die nõ audit? Respondeo: Quòd si eo tempore confiteatur ex præcepto Ecclesiæ, neque in aliud tempus commodè Confessionem rejicere possit, tum non esse peccatũ Missam, vt confitearis, omittere: maioris enim momenti est præceptum confitendi, quàm audiendi Missam. Sin verò voluntaria sit Confessio, ac in aliud tẽpus

com-

commodè differri possit, tum citra peccatum intermitteri Missam non posse causa Confessionis: quia illa Confessio, cōsilijs tantum est; Missam verò audire præcepti, quod plus est. Breuis verò reconciliatio, quæ fit tempore Missæ, citra notabilem aliquã temporis iacturam, peccatum non est, veluti dictum est supra Libro 1. cap. 22. sub principium.

Septimum dubium: Cùm Missa sit Sacrificium satisfactorium, quia videlicet pœnas minuit temporales, quæ post remissam culpam nobis restant persolvendæ, quantum pœnarum singulis Missis remittitur? Ad hanc quæstionem respondet S. Thomas 3. part. quæst. 79. art. 5. Vel enim loquimur de his, qui actione & opere aliquo concurrunt ad offerendum Missæ Sacrificium, atque ita aliquo modo eius causa existunt, puta, qui Missam legi procurant, qui pro legendis Missis Eleemosynas erogant, aut stipendium solvunt, qui Sacerdoti sacrificanti administrant, & similes. Omnes hi dicuntur offerentes. Vel loquimur de his, quibus Missa applicatur. Si loquamur de illis, tantam dicit S. Thomas  
 tolli

tolli pœnam, quātus affectus & feruor est, quo offerunt atque opus illud præstant, ex quo dicuntur offerētes. Si verò de his loquamur, qui non offerunt ipsi, sed pro quibus offert Sacerdos, dicit idē S. Thomas, similiter tantam illis pœnā remitti, quantam remitti Christo placuit, qui Missam instituit, eiūque virtutē istam attribuit: pari modo, quo tribuit & constituit eiūsmodi virtutem Baptismo, quo baptizantur infantes.

Octauum, & vltimum dubium est: Quomodo intelligendum sit, si quis soluto stipendio dicat Sacerdoti: Lege Missam pro me solo. Respondeo cum Scoto, Quodlib. 20. art. 2. & 3. quem sequuntur etiam Adrianus, Gabriel, Soto Cordubensis, & alij tres partes, aut triplicem fructum Missæ existere. Primus fructus est generalis, is nimirum, quem quilibet Sacerdos, sic ordinantē Ecclesia, applicat Papæ, Imperatori, Regi, Principi, Episcopo, & demum omnibus Christi fidelibus. Et hunc fructum alij Sacerdos applicare non potest: quia his ab Ecclesia est designatus & destinatus. Alter fructus est specialis, is nimirum, quem


quem participat Sacerdos, qui Missam celebrat, & hunc, si velit, alij quoque potest communicare. Tertius demum fructus is est, quē à Sacerdote huic vel his applicari vult Ecclesia, pro quibus Missa legitur. Iam quādo quispiam pro se solo integram Missam postulat, ita eam postulare intelligitur, vt totum hūc fructum tertium sibi applicari velit. Quod si deinde Sacerdos fructum suum specialem, aut aliquem eius partem ei quoque applicare velit, id liberum illi relinquitur, quamuis ad hoc non obligatur. Hac de re prolixius agit Nauarrus in Sum-


ma cap. 25. num.


92.

FINIS.


Laus Deo, Virginiq̄e Matri.













Th  
2746